



**Commentariorum diui Aponij, viri in sacris literis disertissimi,
in Cantica Canticorum Solomonis Libri Sex : quo hucusq[ue]
nullus solidius, fidelius sanctiusq[ue], etiam Magni illius
Erasmi Roterodami testimonio, unqua[m] scripsit in eadem
Cantica : Opus iam primum e[t] situ ac squalore erutum, & in
lucem aeditum. Ad haec. Epitome commentariorum D. Aponij
in eadem Cantica, per Lucam Abbatem montis sancti Cornelij.**

**Praeterea. D. Cassiodori Abbatis coenobij apud urbem
Rauennatensem, Commentaria, pia aequa atq[ue] erudita, in
eadem Cantica : cui etiam perbelle cum Aponio co[n]uenit :
iam quoq[ue] primum uetustorum codicum adminiculo, suaे
integritati restituta.**

<https://hdl.handle.net/1874/429794>

COMMENTARIORVM

DIVI APONII, VIRI IN SACRIS LI
TERIS DISERTISSIMI, IN CANTICA CANTICORVM
Solomonis Libri Sex: quo hucusq; nullus solidius, fidelius
sanctiusq; etiam Magni illius Erasmi Roterodami te-
stimonio, unquā scripsit in eadem Cantica: Opus
iam primum ē situ ac squalore erutum, & in
lucem æditum.

AD H A E C.

Epitome Commentariorum D. Aponij in eadem Cantica, per
Lucam Abbatem montis sancti Cornelij.

P R A E T E R A :

D. Cassiodori Abbatis coenobijs apud urbem Rauennatensem,
Commentaria, pia æque atq; erudita, in eadem Cantica: cui
etiam perbelle cum Aponio cōuenit: iam quoq; primum ues-
tistorum codicum adminiculo, suæ integratæ restituta.

Cum gratia ac priuilegio Regio ad annos sex.

F R I B U R G I B R I S G O I A E . A N .

M . D . XXXVIII.

PER TONIUM ALTIUS
TERRA VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR

ALTIUS VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR

VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR
VITATUR VITATUR VITATUR

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, ADAMO, COENO.

BII DIVI PETRI IN SYLVA HERCINIA, ABBATI,

Patrono suo in primis colendo, Ioannes Faber Em-
meus Iuliacensis, S. D.



T MVLIER GRAVIDA, GAVDEN\$ PER-
fert oneris molestias, si maritum alaci suscep-
rum animo partum confidat: sic ingeniorum
quocq; foetus, aut in edendis nouis, aut in veteri-
bus instaurandis, suos exhilarant autores, & la-
bores uix etiā tolerabiles, quasi leuem efficiunt
ludum, siquidem Mecoenati cuiquam gratos fo-
re, literarumq; candidatis profuturos speravit.

Nam naturali quodam naturae vinculo fit, ut uicissim & studiosa co-
hors, & qui bona studia promouent, sese mutuo fauore prosequant.
Neq; parum facit ad facilius omnem laborum difficultatem perseren-
dam, q; beneficio artis Typographicæ suos partus & castigatores æ-
dere, & exemplariorum multitudine latius spargere, suiq; memoriari
apud posteros diuturniorem efficere possunt. Hæc mihi consideranti,
tu præcipue, uir ornatissime, occurrebas, cuius gratia immēsos hos la-
bores minori tædio ferrem, cuiq; hanc nostram opellari. (Si tamen no-
ster mereatur appellari in instaurando hoc autore insumptus labor)
djudicandam offerrem: qui rei peritia, & iudicio haud uulgari, que-
uis uel sustollere, uel discernere queas. Cuius etiam, ut Abbatis, inter-
esset, ut eiusdem religionis Abbates, eorumq; literis commissa moni-
menta ab iniuria vindicarentur. Quod si felix illa excludendorum libro-
rum ars apud priscos uiguisse, haberemus plæræq; & syncretiora, &
integriora, pauciora etiam supposititia & furto sublata; denichq; ea ipsa
quæ iam diximus, supposititia & furto sublata, poterat & facilitus de-
prehendi, & unde desumpta essent, certius cognosci: quo maiore fidu-
cia quid quisq; sequi, quid uitare deberet, agnosceret. Non enim teme-
re queuis, oracula censueris. At peculiare olim (ut & hodie est) plerisq;
uideo fuisse, aliena pro suis usurpare, & quasi propriâ hominum auri-
bus obtrudere. Quod surtum, ut non omnino reprehendendum, modo
uerecunde, & cum honoris prefatione, aut ad rem dilucidius interpre-
tandam fiat: ita q; maxime detestandum, si alienis aut non integris, aut
corruptis, aut perperam etiam intellectis abutaris. Quod si ea felicitas
huius nostro Aponio contigisset, & integror, & castigatior, maioreq;

A ij cum

E P I S T O L A

cum aestimatione in studiosorum uersaret manibus: Tum multi eius tot integras sententias, nullis etiam uerbis immutatis, ex eo sublatas, uel suis non inferuissent, uel saltem unde sumpserint, lectorem non celiassent. Olim in cenobijs, bono reuera instituto, ut religionis tyrones, ac puellæ sanctimoniales, minus otio torpescerent, fortiusq; Satanæ temptationibus oblingerent, in transcribendis autoribus uehementer exercebantur, ita sane, ut nemo non aliquid scribere cogeretur. Atqui ex hoc bono (ut sunt res mortalium) quando pleriq; indocti erant, statim id mali ingruit, ut cum inscitia describentium, tum correctorum oscitantia, multa perperam scriberentur, multa temere corrumpentur. Hinc factum est, ut hic autor quoq; depravatissime transcriptus, & sui dissimilior factus, magis nunc mutilus in lucem prodire cogatur: Ita tamē restitutus, ut pauca sint, & ea etiam parum ad rem facientia, quæ desiderentur: quæ quidem pauca suis locis, signis quibusdam notata, indicauimus. Quāto autem sudore id sit partum, ex uno aut altero loco notum lectori facere duximus necesse. Folio xvij, pagina ij, linea vij, habes: In quo curru cariosum, fragilemq; temonē Iudam aptauit, primum omnium laqueis cōfringendum. Hoc ita nos metaphoræ insistentes reddidimus: Quod tamen peruetustus ille codex sic refrebat: In quo crucis curiosum, fragilemq; timorem Iudæ aptauit primum omnium laqueos eius confringendo. Plura huiusmodi recensuerimus, nisi breuitatis gratia omittenderemus. Atq; utinam simul cum his liceret, omnibus lectoribus exhibere uetusti exemplaris copiam, certo scio neminem non affirmaturum me quasi ē luto aurum eruisse. In eō tamen castigando non parum iuuit nos Lucæ cuiusdam, Abbatis mōtis sancti Cornelij, ordinis diuī Benedicti, epitome, qua horū commentariorum quasi epilogos aut summariola (ut ita loquar) autoris etiam uerbis non immutatis, licet plerisq; in locis minus apposite, nimisq; succincte, conscripsit. Quam a fine libri sexti commentariorum Apōnij, ad finem Canticorum hic adiungendam duximus: ut quod de auctoris commentarijs (qui prolixius, uenustiusq; omnia tractat) desideraretur, ex ea præcipuis sententijs nactis, substitueretur: ne saltem rerum gustus lectori deesset. Neq; tamē eiusdem Lucæ omnia addenda iudicauimus, maxime quæ initio erant, quod plerisq; mutila, depravataq; omnino essent (non enim minus corrupta, q; ipse author, ad nos peruenere) tum quod non alijs nisi Apōnij uerbis, idq; frustulatim ueteretur. Deniq; ne idem saepius repetitum censerī posset. At cū ipsius exemplar deprehenderimus emaculatius circa finem (erat enim nō ab uno

DEDICATORIA.

uno scriptum) Aponij uero ad finem Canticorum non deductum, statuimus non omittenda. Juuerunt etiam nos non nihil Diui Angelomi in Cantica commentaria; qui inter cetera nostri quoq; Aponij sententias plerunque interserit. Potissimum tamen hoc labori nostro profuit, quod autor hic noster in re ista tam sacra, tanta usus fidelitate avehementia, tanto ardore, seu potius totius cordis ^{Eυθενσιας μηδ} (ut ita dicam) hanc suam operam quasi inculcare, & penitus in intima animæ viscera inserere conatur, ut eadem saepiuscule, apposite tamen omnia, repetisse non inepte conspiciatur: quo abstrusa illa, arduaç; Cantorum mysteria dilucidius proderet, nec quicquam quod ad ea intelligenda conferret, omitteret. In quo hoc quoq; commodi nanciscetur lector, quod permulta alia sacræ scripturæ loca obscuriora, erudite enucleata deprehendet. Præterea hæc etiam aduertenda: Primum, multas in eo esse locutiones ad græcam imitationem, ut quasi græcus autor, quanquam non est, latine redditus uideri possit: Deinde, suo quodam modo, haud scio quo, usum esse gerundijs, gerundiūsc; nominibus; deniq; prolixioribus etiam hyperbatis plerunq;: Quibus ubi assueveris, & facilem intellectu senties autorem, & medullitus Canticorum intelligentiam ipsum præstitisse confirmabis. Illud fortassis offendet, quod Iepius duo adiectua uni adnectit substantiuo, quod latinitas uix admittit, si Seruio credimus. At qui huic (si quid ego iudico) uitio dari in tam sacro præcipue negotio, non censebis, si cogitabis ipsum eo ardore locutum, ut nihil omittendum censuerit, modo plenam sui intelligentiā tradere, & quasi omnino se effundere posset. Tum quibusuis usum uerbis, ut quod erat illi cordi, omnia ad plenum tradendi desiderium, expleret. Sed necq; distinxit hæc sua commentaria iuxta capitū ordinem, ut nos distincta habemus, uerum ex re ipsa, & sententiarum filo in libros digesset. Usus autem est translatione Septuaginta interpretum. Quod si illius aliquid immutatum deprehenderis, nō nostra negligentia, sed inscitia alterius cuiuspiam factum agnoscet: qui cum multa non intellexisset, pleraque quæ bene in ipso uetusto codice habuerant, deprauauerat. Cæterum, eius etiam admonitum uelim lectorem, Aponium hunc nostrum per integrum opus suum non aliud agere, quam ut Christi & Ecclesiæ nexum & copulam, quid inter ipsum & ex Iudæis collectam ac nascentem adhuc Ecclesiam: quid item inter ipsum & Gentium Ecclesiam agendum fuerat, fieri ue debeat ad finem mundi usque: quid denique inter Christum & eam Ecclesiam, que sub finem mundi ad ueram fidem conuertenda est ex Iudæis, futurum sit,

A. ij exactiss.

EPISTOLA DEDICATORIA.

exactissime, appositissimeq; tradat; licet alij suis in eadem Cantica cōmentarijs alio textum torserint. Quis autem, qualis uē fuerit, quod ue tempore uixerit, nihil certi apud quēquam deprehendere potuimus. Ex ipsius præfatione sane agnoscimus fuisse non vulgaris & eruditio nis, & sanctimoniae uirum, & in coenobio quopiam latitatem nyctis coracem. Vetustate quoq; ipsum non parum commendari uel ex hoc conſcere possumus, quod Diuus Angelomus, non incebris autor, ipsum non semel in suis in Cantica commentarijs allegat: qui ante se ptingentos annos sub Ludouico et Lothario eius filio uiguit: id quod arguit ipsum non paucis annis ante Angelomum floruisse, ut quem iam tanquam autorem receptum ac probatum, in suorum dicitur confirmationem allegauerit. Exemplaris autem copiam (ne quem suo honore fraudem) fecit nobis eximius, nec minus pius, ut si quis altius, D. Ioannes Bihelschmidt, Custos ecclesiæ Lütenbachensis, uir ad stu dia promouenda haud ignauus. In quo sat illi laudis, & mihi lucri ade ptum fuerit, si per te utriuscq; conatum, Musarum mystis gratum esse, & uel prodesse, uel saltem ansam præbuisse huius autoris scripta reliqua diligentius inquirendi, deprehenderimus. Adiunximus etiā Diuui Cassiodori haud vulgaris & sanctimoniae, & eruditio nis uiri, in ea dem Cantica commentarios, ut collati, utriuscq; ingenij ardor tanto re luceret splendidius, ingeniorumq; exuberans fecunditas animaduer teretur. Hic enim prodigus, ille liberalis. In Aponio non est quod tollas (omnia siquidem concatenata sunt) In Cassiodoro non est quod de sideres. Aponius cōcioni, Cassiodorus priuate lectioni accōmodatis. Cassiodorum prebuit Christmānius Faber M̄cerulanus, Augustinianus Moguntiæ, adolescens ut ingenuus, ita ad uirtutum candorem, ac scientiæ culmen anhelans. Lucæ exemplar cōmunicauit nobis Ioannes Hoffmeisterus, (ne & hos bene de studiōsis meritos cēlēt) itidem Augustiniani sodalitij Colmariaæ, uir cum pietatis insignis, tum eruditio nis ac iudicij excellentis. Tu itaq; uir præstantissime, que tua hu manitas est, nostrā hanc opellam benigno fuscipias animo, & pro tua eruditio ne singulari, & authoritatē præcipua, dījudica ac tuere: ut tuo suffragio freta, inuidiæ ac Mōni mortis minus formidet, maioreq; fiducia in doctorum hominum manib; versari queat. Sic spero futurum, ut Christus dominus, omnibus nobis suam gra tiam largius sit communicaturus. Vale. Friburgi Brisgoiæ, An. Salutis nostræ, M. D. XXXVIII. Mensē Martio.

INDEX EGREGIE DICTORVM IN

hisce authoribus, non sane omnium (nam sic integrī hic fuissent transcri-
bendi) sed eorum præcipue, quæ studiosis & in alijs sacre scripture locis
usui esse poterunt. In quo a priorē, b sequentē indicat paginā.

F O L I O.

A Dolescentulæ, rudes ad credendum animæ	v.b
Aloe, arbor suauissimi odoris,	lxv.b
Allegoriæ locus ubi,	xiiij.b
Amanamons, qui & Taurus,	lxix.a
Amor Cupidineus in Cariticis non querendus,	i.b
Amorræus, quid interpretetur, quidq; in sacris lit. significet,	iiij.a
Amor Christi, Martyrum tribulationes lenit,	xx. a xxvi.b
Amoris socium Deus non patitur,	xij.a
Angelorum custodia erga genus humatum,	xxxvij.a
Angeli nuntiū sponsi,	iiij.a
Animarum in Ecclesia uariae conditiones,	xij.b
Animæ electorum quare adolescentulæ dictæ,	lx.b
Anima tribulationis expers, a Christo aliena est,	xxvij.b
Apostoli ualidissima Ecclesiæ membra,	x.a
Arbor uitæ, Christus,	lvij.a
Arbor mortis, diabolus,	lvij.a
Arbor malus, crux dominica,	lxxxij.b
Ascensio Christi quid fructus contulerit mundo	lxxxij.a

B

Baptismus ex hœdis agnos facit,	xxi.b
Baptismus ex inimicis, amicos dei facit,	xlviij.a
Baptismus animæ genuinam reddit pulchritudinem,	ij.b. lxi.b
Baptismum accessit Christus, propter aquarum sanctificationem,	iiij.a
Baptismus fons hœdi,	lxij.a
Baptismi sine lauacro, nemo saluatur,	lxvij.a
Bethel, domus consurgens, uel domus uigilarum,	lxv.a
Biblijus uaria continentur cantica,	iiij.a
Byssus, puritatem in sacris literis indicat,	ij.b
Bona opera citra fidem nihil profundit,	viij.b
Bona opera, cibus domini;	lxxi.b
	lxxv.a

C

Canticum Salomonis super omnia alia Canticum,	iiij.a
Canticum in Biblijus complura,	iiij.a
Caput qui sint apud catholicos, & ubi ad haereticos descivierint, fiunt	xvi.a
cauda,	
Caprearum natura,	xxvij.b
Caput Ecclesiæ quare Carmelo comparatum,	xxxij.b
Catholica fides neque ab haereticis, neque a Catholicis uiolati po-	xxxix.a
test,	lxxvij.b
	lxx.a
	Castitas

INDEX.

FOLIO.
xl.a
ix.b
xxij.a
ij.a
xxv.b;lxij.a
v.a
xxij.b
lix.a
lxij.a
xvij.a
xx.a;xxvi.b
xxi.b
lxxij.b
xxix.b
xxxij.b
lxij.b
xx.b
lxxvij.a
lxix.b
lxx.b
xvij.b
xxvij.b
xx.b;lxij.a;lxx.b

- Castitas ministros ecclesiæ decet.
 Cædar, tenebrosus mæror interpretatur.
 Cœdrorum natura.
 Cethæa, mentis excessus interpretatur.
 Charitas ordinata quæ.
 Chrysmatis mysterium in baptismo.
 Christus diuersis rebus comparatur.
 Christus inenarrabilis ordine natus.
 Christus rex iuxta utrancq; naturam.
 Christi per crucem Triumphus.
 Christi amor, persecutioes lenit.
 Christus, foris ecclesiam non est.
 in Christo distincta operatio utriuscq; naturæ.
 Christus quomodo pugnantibus adsistat.
 Christus ab ecclesia prolongatur quando.
 Christus saliens in montibus.
 Christi ubera, Apostolici viri.
 Collum ecclesiæ quid significet.
 Constantini imperatoris conuersio.
 Crocus ignitas febres refrigerat.
 Currus Pharaonis qui.
 Cynici, vita & nomine.
 Cypri insulæ consyderatio.

D.

- Dauid manu fortis interpretatur.
 Dæmones accipitres.
 Dæmonum lapsus uoluntarius.
 Dæmonum potestas in hoc mundo.
 Dæmon se sole iusticiae mentitur.
 Dæmon contra salutem hominis quotidie inflammatur.
 Dæmon, & Leo, & Pardus.
 Dæmon, bonus Angelus creatus.
 Dæmon quare homini infensus.
 Dæmon a solo homine uincí non potest.
 Deus non patitur amoris socium.
 Deum quanto plus q̄s diligis, tanto dilectioe eius dignior efficit
 Diligunt factorem suum qui.
 Diliges Dominum deum tuum, expositio
 Directio cordis.
 Diuorum pro nobis intercessio.
 Doctor plebi ita necessarius, sicut cultor uineæ.
 Doctoris mali, poena & periculum.
 Doctorum in præsenti uita, necessaria prædicatio.

E.

- Eboris consideratio.
 Ecclesiæ appellationes uariæ
 Ecclesiæ Etymon,
 Ecclesia

Ecclesia mutuis officijs crescit,		v.b
Ecclesia caput, Doctor, uir perfectus,		vi.b
Ecclesia quomodo Tabernaculis Cedar similis,		ix.b
Ecclesia inter Haereticos, sicut lilyum inter spinas,		xxij.b
Ecclesia quando Christo desponsata,	xlii.a	xxxvij.b
Ecclesia una in toto orbe Christiano,	lxv.a	lxxvi.b
Ecclesia qui deserit haereticus est,		xlviij.a
Ecclesia omnium credentium multitudo,		ii.a
Ecclesia & Christi copula, a patriarchis & prophetis predicta,		iiij.b
Ecclesia pax, Christus,		ix.b
Ecclesia foris nemo saluatur,		xij.b
Ecclesia inexpugnabilis,		xxij.b
Ecclesia ordines tres,		lxxv.b
Ecclesiam citra, qui Christum querit, errare & fatigari potest, proficere non potest,		lxxv.a
Ecclesia quomodo nigra, & tamen formosa,		lx.b
Ecclesia mater, Synagoga,		lxii.a
Ecclesia quomodo in praesenti tota pulchra dicatur,		lxix.a
Ecclesia commendatio a gressibus, hoc est, a planta pedis, per singula mem- bra ad caput usq;	lxxvij.b	lxxvij.a
Ecclesiastes, uineæ custos,		x.a
Ecclesiastæ, duplicita arma necessaria,		xi.a
Elætha, arbor aromaticæ,		lxxij.b
Engaddi, uicus in terra Iudeæ,	xxi.a	lxij.a
Engaddi, fons hoedi interpretatur,		xx.b
Episcopi oculi Ecclesiæ, & eorum officium	xxxij.b	xxxix.a
Episcopi dentes Ecclesiæ;	xxxix.b	lxvij.b
Episcopi collum Ecclesiæ,	xl.b	lxvij.b
Esebon, cingulum moeroris interpretatur,		liij.b
Euangelij dulcedo, melior austерitate legis,		ix.b
Euangelij & legis discrimen,		ix.b
Euangelij fluenta plenissima, ueteris Testa, riuiulus,		lxxij.a
Eucharistia,	xx.b	xxxvij.b
F.		
Femoribus quid sacra scriptura significet,		lxxvij.b
Ficulneæ in uinea domini,		xxxij.b
Fides sola ad salutem non sufficit,	xxxvi.b	xi.b
Filiæ Hierusalem quæ sint in sacris literis,		vij.b
Fistula qualis sit arbuscula,		lxx.b
Flores parere fructus quid signet,		lxxx.a
G.		
Galaad & montis, & ciuitatis nomen,		lxxvi.a
Galaad, aceruuus testimonij,	lxvij.b	lxxvi.a
Galaad transmigratio testimonij interpretatur,		xxxix.a
Genæ uerecundiam potissimum indicant,		lxii.b
Gratia & liberum arbitrium,		v.b
Gratia dei sola saluamur, non nostris virtutibus,		lxx.b

INDEX.

FOLIO:

Gradus ad sapientiam & scientiam, Gregorius Pont. citatur a Cassiodoro,		vi.a
H.		Ixvij.a
Hæreticus est quisquis Ecclesiam deserit,	x.b	xlviij.a
Hæretici doctoris pena,	xij.b	v.g totū
Hæretici quare sodales diciti,	xij.b	lxij.a
Hæretici Dæmonum uicarij,		xij.b
Ab Hæreticis uolentes seducimur,		xij.a
Hæretici sacras scripturas ostentant		xij.b
Hæreticorum Magistri Dæmones,		xij.b
Hæretici Ecclesiam mentiuntur,		xij.b
Hæretici etiam uicti non redeunt ad salutem,	xxxij.b	xv.a
Hæretici uulpes dicuntur,		xxxij.b
Hæreticis non persuadetur,		lxij.b
Hæretici facile uincuntur,		xlviij.b
Apud Hæreticos dona spiritus lauferrī possunt, reddi non possunt.		xlij.a
Hæretici legem peruerse exponunt		xlviij.a
Hæretico non prodest legis obseruatio,		lvij.a
Ab Hæreticis seducti quare oues appellantur		lxij.b
Heremitarum Philosophia,		xi.b
Heresis difficile emendatur		xlij.b
Hyacinthus color preparans interpretatur		iij.b
Hyacinthus lapis aerij Coloris,		Ixxij.a
Hyacinthus flos aromaticus purpurei coloris,		ibidem
Homo quantum ex incarnatione uerbi suscepit,	iij.a	iij.a
Homo in anima imaginem Dei gerit		xvi.a
I.		
Imago Dei in anima hominis	iij.b	xvi.a
Intelligentia s. scripturæ precibus ambienda.		v.b
In inferno nulla est redemptio.		lvi.b
Ioannis Baptiste & Ioan Euang. Encomium		iiij.b
Ismahelitæ semper in tabernaculis morari soliti		lx.b
Israel, mente uidens Deum interpretatur		xxxvij.a
Israel quis in scripturis.		iiij.a
Iustinus Philosophus martyr,		x.b
L.		
Lactea apostolorum doctrina,		v.a
Laudabile est pie inter impios uiuere,		xxij.b
Lectulus floridus, sepulchrum domini,		xxij.a
Lepra nota peccati		xix.b
Lex lactat Ecclesiam, gratia generat		xxxvi.b
Lex diuina, latissimum palatum.		xxv.a
Libani montis cosideratio,		Ixxij.b
Libanus Candidus uel candidatus interpretatur		xxxvij.a
Liberum hominis arbitrium,	v.b	xv.b
Lilia in se tria habent delectabilia		xxij.a
Lingue præcipue quinque		lix.a
Locus Gen.i, in principio creauit Deus, &c, explicatur,		xlij.a

LOCUS

INDEX.

Locus Deut. v. Diliges dominum deum tuum, explicatur
 Locus Proverb. vi. Vade ad formicam;
 Locus Ecclesiastis. x. si spiritus potestatem habens, &c.
 Locus Psal. lxiij. Accedet homo ad cor altum, &c.
 Locus Math. xxv. Nescio vos, explicatur,
 Locus Lucæ. i. quomodo fiet istud, explicatur,
 Locus Lucæ. xij. deficulnea arefacta,
 Locus Ioan. xv. de uite & palmisibus,
 Locus Pauli i. Cor. xij. Nemo dicit Anathema Iesu,
 Locus Pauli Philip. Cupio dissolui, &c.

FOLIO.

xij. b
 xvij. a
 xvi. b
 lxxv. b
 viij. a
 xxxi. a
 xxxi. b
 xxx. b
 xxi. b
 lxxij. a

M.

Malum a Deo non est creatum,
 Mala punica germinare quid significat,
 Eadem florere quid, lxxx. a
 Mane, exortus nouæ gratiæ
 Mandragore polum ad quid conferat, & quid mysterij contineat, lxxx. a
 Mannæ mysterium,
 Mannæ typus Eucharistiæ,
 Mandragoræ descriptio,
 Manus leua scutum fidei,
 Manus dextræ orationis gladius,
 Maria dei genitrix sine lege complexus concepit; & sine dolore partus
 peperit
 Mariæ uirginis Encomium,
 Mariæ peccatricis penitentia,
 Martyrj laus,
 Michael, portio domini interpretatur,
 Millenarius numerus pro summa perfectione sumitur,
 Ministrorum Ecclesiæ Castitas decet,
 Miracula martyrum post mortem
 Myrræ descriptio. xx. a
 Monile quid,
 Murenula,

N.

Nardus quid:
 Nasus Ecclesiæ discretio inter ueram fidem, & heresim,
 Nescire Dei non notat ignorantiam,
 Numerorum mysterium in scripturis sacris, lxvi. b
 Numeri sexagenarij mysterium,
 Numerus Octogenarius mysticus
 Nuptiæ a sacerdotibus benedictæ,
 Nuptiarum officia:

62. a
 78. b
 8. a
 xl. a
 68. a
 lxx. b
 lxi. b
 lxi. b

O.

Oculi Ecclesiæ sacerdotes,
 Olei nomine sp̄ritus sanctus intelligitur.
 Opera bona citra fidem ad salutem non prosunt,
 Opera bona in quem finem facienda,
 Opera omnia Ecclesiæ, quasi orationes sunt;

xxi. b

49. a
 lx. b
 7. b
 62. a
 lxx. a

B ij

Opera

INDEX.

Opera bona cibis Domini,	lxxi, b	Ixxv, a
Orandum ut ab Hereticis liberemur,		xij, b
Ordinata Charitas que,		xxv, b
Ornamenta pulchritudinis,		xxxvii, b
Os & odor ecclesiae quid		Ixxix, b
P.		
Pacificus quis, & unde id illi nomen,		8, b
Pagani, quia longe sunt a ciuitate dei,		80, a
Palma quid in sacris literis significet,		>9, a
Partus monstrosum unde,		xv, a
Pauli Apostoli Conuersio,		v, b
Pauperes spiritu qui,		43, b
Petræ foramina, uirtutes,		32, b
Petrus Apostolorum Princeps		12, b
Petrus Christi uicarius,		13, b
Philosophia predicatori non inutilis,		11, a
Philosophi paupertatem sectantes,		vi, b
Pharao disperdens uel dissipans interpretat:		xvij, a
Philosophi Deum quæserunt.		Ixv, a
Philosophorum gentilium abstinentia,		vi, b
Platonici unum Deum immensum predicarunt		xxvij, b
Poma conuallium quid nobis significant,		Ixxvij, a
Portæ Ecclesiæ initia ad Christianismum,		Ixxx, a
Poma noua & uetera quid mysterij contineant,		Ixxx, a & b
Prædicatores, Collum Amicæ,		xvij, b
Prædicatorum ornatus triplex,		xix, a
Prædicatores dentes, oculi, collum Ecclesiæ,		Ixvij, b
Prophetæ Veteris Testamenti,	xvi, b	xix, a
Q.		
Quadrige Aminadab, idem quod subita Euangeliæ prædicatio,		Ixxvij, a
Quærendus Deus quomodo,		xi, a
Qui sine Ecclesia Christum querit, errat & fatigatur frustra:		Ixxv, a
Quomodo fiet istud, et cetera, exponitur,		xxxi, a
R.		
Recticordes qui suis meritis nihil tribuunt		Ix, b
Rectus quis in conspectu Dei,		vij, b
Rectum quid,		viij, a
S.		
Sacerdotum iustitia, decus totius Ecclesiæ,	xvij, b	xxij, b
Sacerdotes, Ecclesiæ oculi,		xxi, b
Sacramenta ad salutem non profundunt, nisi bona uita accesserit,		xij, a
Salomon, pacificus interpretatur,		xxxvij, a
Sancti plus ualent quam Demones,		xxxvij, a
Sanctorum Colloquia qualia,		Ixxvi, a
Satanas etiam per bona consuevit nocere,		Ixvi, a
Scripturæ intelligentia precibus ambienda,		v, b
Scripturæ sensus quatuor,		Ixx, a
Scripturæ archana quibus aperiuntur,		vi, b
Serpentis ænei ad Christum collatio,		Ixxij, b
		Septuag

I N D E X.

Septuagenarius numerus mysticus,		Ixvi.b	Ixxvi.a
Syon specula interpretatur,			xxxvij.a
Sunamitis quare dicta synagoga,			Ixxvij.a
Symbolum quid,			Ivi.a
Synagoga ficalnea,			xxxij.b
Synagoga Ecclesiæ mater,			Ixi.a
Sol quid in scripturis,			Ixi.a
Sperare in Deum, perfectionis summa			vi.b
Sperans, etiam credit,			vi.b
Spiritus sanctus puris & synceris mentibus delectatur,			Ixxijj.a
T.			
Tabernacula pastorum, Hæreticorum conciliabula,			xv.a
Tabernacula Dæmonum,			xvi.a
Tharsis lapis quem alij Chalcedonium dicunt,			Ixxijj.b
Thuris Consideratio,			Ixxijj.b
Timent imperfecti, amant perfecti,			Ixxijj.b
Trahit Christus nos multiphariam,			xvi.a
Trinitas in utroque Testamento demonstratur,			xlij.a
Trinitatis fides,			vij.b
Turturum Consideratio,	xvijj.b	xxi.b	Ixi.b
V.			
Vagamenis eorum qui ab Hereticis seducuntur,			xijj.a
Vana gloria a sanctis fugienda,			ix.
Vbera Christi, Apostolici uiri	iiij.b	xx.b	53.a
Vbera Christi duo Ioannes Baptista et Ioannes Euangeliſta,			80.a
Vbi Caſtitatis amor, ibi & multiplicis sapientiæ ſpiritus,			4.b
Venter quid in ſacris literis		Ixxvii.b	xlii.b
Vestimenta Ecclesiæ, bonorum operum ornamenta,			Ixxviii.a
Vetus testamentum riuulus, collatum ad fluentia Euangelica			Ixx.a
Vinea domini, populus,	x.a		Ixxijj.a
Vineam florentem inſpicere quid ſignificet		Ixxvii.a	Iviii.a
Vmbilicus quid in ſacris literis,			Ixxx.a
Vngulam diuidere quid mysterij portendat			Ixxvii.b
Vinum, feruorem caſtitatis ſignificat			Ixxviii.a
Virginitas, imitatrix Christi,			Ixxxii.a
Virginitas in Maria & Ioanne principatum obtinet,			xl.a
Virtutibus nemo ſaluarī potest, ſed ſola gratia			xxxi.b
Vnitas Sanctorum Doctorum,			Ixx.b,
Vocat nos Deus ad ſe quomodo,			Ixix.a
Vulpes, Heretici dicuntur,			Ixix.a
			xxxij

F I N I S.

B ij

Errata quædā in recognitione deprehensa: Iudicium etiā Ioan.
Hoffmeistri Augustiniani Colmariæ, sup locis qbusdam.

Folio iiij.a.lin.vi.demonstratum, forte, demonstratur. fol.iiij.a.lin.v.Ezechiel prophetæ, for. Ezechiel propheta. fol.iiij.a.lin.xxxv.chrismatis unctione, Fol.iiij.a.lin.vii.tradendo. Ibidem lin.x.deuterosis testamenti, forte, deutero seis testamēti, ut sit apositiua constructio: Ego puto ē margine a librario in cor textum relatum: nīsi Mosen uocarit διεργότημ, hoc est, sapientem testamenti. Ibidem, a.lin.xl.uidelicet. Ibid.b.lin.v.Vbi nimium, forte, nimirum, Folio v.a.linea x.chrismatis oleum. Ibid.linea xxxv.chrismatis. Fol. vi.a.lin.vi.concitare. Ibid.b.linea xx.inuadere, forte, inuenire Folio viij.a.linea iii,in suauitem,legendum,in suauitatem,uēl,in suam uirtutē, Folio viij.a,in margine legend. Confessio peccatorum, & confessio fidei, Fol.xij.a.linea xvij.expauescit. Ibid.b.lin.vi.legē.macula,sifor.aliter habeas, Folio xiij.b.linea xv.meditando. Folio xvij.a.linea vi, vt nos doceremur, &c.imperfecta est sententia. Ibid.b.lin.xxxi.(apōsis) forte, apostaticis, Fol.xvij.a.lin.i.temones,for.temonis. Ibid.b.lin.v.Cui,forte,Huic ergo, Folio xx.a.lin.vi.& semper,legend.est semper. Ibid.lin.xxxiii.vsqz destōr.for te,vsqz,Quant.dist,ort.hoc est, Quantum distat ortus,&c. Ibidem,xxxviii. hospitiū diuinū est. Fol.xxij.b.lin.vij.confixis. Ibid.lin.xxviii.laquearia, Folio xxij.a.linea xxxviii,dogmate,forte,dogmata. Folio xxxi.a.linea xx. (perditam terram) forte, per quam in terra incontinentia,&c. Ibidem b.linea xxxi.(xij.anno) forte legendum,xlij.anno: Tot enim sunt anni ab ascensione domini, usqz ad obsidionem Hierosolymorum. Folio xxxv.b.linea xi.uidetur legendum: Confessus fuerit deum qui redemit, & hominem per quem redemit,&c. Fol.xxxvi.b,in margine:mutilum, Ibidem linea xvi.genitricis. Folio xxxvij.b.linea xiii.pendebāt,for.plangebāt Fol.xl.b.linea ij.armatura. Fol.xli.a.linea xxxiii.singulare,forte,signare. Folio xlj.b.linea vi. erecta frutetorum, forte, carecta frutetorum. Fol.xlii.b.linea xi.thuris. Fol.xlii.a.linea x, ex ueteri test. for.ueteri ecclesiæ,&c. Ibid.b.linea ix.efficiunt. Fol.xlvij.b.linea xl.Quæsiueum. Fol.lxi.a.linea xxvi.Samariae. Fol.Ixiii.b.linea vii.dilectam Folio lxv.b.linea vii.Eunicho. Fol.lxvi.a.linea xxvij.igne Fol.lxvii.b.linea xxxii.apostolatu. F.lxx.a.linea v.lingua Ibidem linea xxx.pignieratam. Ibid.b.linea xx.Aurosum Folio lxxiii.b.linea xxvij.aureosum, sed tu iudica. lxxv.b.lin.ij.passionē lxxix.b.linea xvii.auditoribus lxxxii.a.linea x.quia in corde ardēt per amorem, si fortassis aliter habeas, lxxxii.b.linea iii.castra,non,castra Folio lxxxiii.a.linea xxxix.Prædicta etiam fuerat,

Censura Vdalrici Regij, super locis quibusdā de millenario & cen-
tenario numeris, in uetusto codice miserrime deprauatis.

Folio. xli.a. linea. xvij. si tripartieris) Ac deinde linea. xx. indiuisi-
x x. bilem) Millenarius enim per tria æqualiter diuidi non potest, ut

¹⁰⁰⁰ (33) ¹ ³ Ita pér ternarium abstruse nobis significatur sacratissi-
ma & indiuisibilis Trias. Per unitatem uero in diuisione relictam, ex-
hibetur nobis monas & unitas triadis.

Ibidem, lin. xx. Millenarius dicitur numerus solidus, quum sit cu-
bus denarij. Nam decies decem decies, faciunt mille. Vide Hierony-
mum super Amos, cap. v.

Ibid. lin. xxv. Sensus is est: & prima Hebræorum litera in numeris
sine puncto supraposito, signat unum sive unitatem: Cū punctulo ue-
ro, sic, & representat mille. Et sic unitas trinitatis iterum exhibetur oc-
culte p unitate literæ, & numeri (millenarij scilicet) in tria nō diuisibilis.

Ibid. lin. xxvij. ducto apice, legendum esse puto.


Ibid. lin. xxxvi. perfecta trinitas, Nam ter septem producūt. xxi.

Fol. li. lin. iij. unam diuisionem: Ego puto legendum esse: duas di-
uisiones. Est enim numerus ille. lx. impariter par. Sunt qui tres, ut
xl.) recte; nam numerus ille. xl. tertio diuiditur in partes e quas. Vnde
& ipse impariter par est. Ibid. lin. iiij. Sunt qui septem, ut. lxxx. Ar-
bitror & hoc loco mendam esse, ac legendū: Sunt qui quatuor, ut lxxx.
Nam is numerus quater admittit equaliū sectionem: unde & ipse qq;
impariter par est. Et hanc meā censuram confirmat quod sequit̄ linea
xxvij. Diuisiones recipit quatuor. Hæc omnia ex geometrico numero
demonstrarī quoq; possunt.

Fol. lvij.a. lin. xxxvi. triū rep̄ies psonar̄) melius forte sic: triada rep̄-
sentat psonar̄. ul̄, trinitatē representat psonar̄. Videl aūt̄ esse sensus:
Si queras, 3 in ¹⁰⁰⁰ per diuisionem, unamq; duntaxat quotientis figuram, habe-
bis pro quoiente 300, & pro residuo 100. Porro per 300 quemadmodum trinitas
in psonis, ita p ¹⁰⁰ significat nobis unitas diuinæ naturæ: Siqdem 300 a ternario,
¹⁰⁰ uero ab unitate ducūt appellationē: Deinde, quia trinitas pariter & unitas in
deitate est, deusq; pacis deus est, ut pie philosophat ap̄l̄s 1. Cor. 14. & 1. Thess. 5. &
2. Thess. 3. Millenarius ergo recte d̄ uenire in parte pacificū. Eadem linea insi-
ne, legas, Vno. Ibidem, linea 38, Siue numerus, melius, Vel numerus,

Fol. lvij.b. lin. vij. Per primam literam unum & mille) Per & em̄
sine puncto unum, cum puncto, sic &, mille significantur.

Eadem lin. Ita ducenti. Ego censeo legendum esse. Ita decem per li-
teram decimam, & notam, quæ crucem format, & est similis latinæ li-
teræ x uigesimæ primæ, signantur. Est enim ille character seu nota x
qua denarius uulgo repræsentat. Porro decima litera apud Hebreos
est & Iod, cuius figura neutiquam similis est uigesimæ primæ literæ la-
tinorum X. Signat autem & iod in numeris, decem. Ducenta uero per
literam & resch significantur.



DIVI APONII COM^{ENTARIORVM IN CANTICA CANTICORVM PROLOGVS.}

Viro desideriorum, seruo Christi, ARMENIO PRESBYTERO, supplex Aponius.



AGNO QVIDEM ILLO BEATI DA= Danie.9.f.
nielis exemplo, diuinorum mysteriorum ins-
telligentiæ audiissimus, cupis persuasor existe-
re; sed me acerrima iussione ultra vires sub gra-
uissimi ponderis cogis mole succumbere; ut ti-
bi opusculum in Cantica Canticorum sapien-
tissimi Salomonis, Christo dictante, exponen-
do scribam. Bonum quidem opus, sed plenum
præsumptione iniungis, qui me rudem, eorum dentibus præparem,
qui per singulas syllabas, antequā sensum desudantis contingant, sub-
fannando uerba condemnent. In quo opere hoc mihi solum opitulari
solamen confido, quod te meæ imperitiæ autorem sim habiturus: qui
desiderio acquirendi sapientiæ thesauros, non credis nescire alios, qđ
ignoras. Aggrediar igitur tuis orationibus fretus, ipso duce, cuius in
predicto Canto mirabilia legis absconsa. Vbi si quippiam dignum
laude ad animæ lucrū inluxerit, iubentis merito crede esse cōcessum:
Si uero quid literati torqueat nasum, eadem erit portio imperanti, et
imperio subiacenti: qui ab omnibus lacerandam plausu præcepti, la-
titantem nycticoracem in cauerni silentio, in lucem egredi cōpulisti.
Nam si cui sordet agrestis & hispidus sermo, si habet in se reconditum
sal, non syllogismorum resonantia uerba sed sensum requirat. Quod
si utruncq; fastidit, quis uel quid sit pernotet iudicio: & nouerit nos
non uanæ gloriæ, uel laudis studio aucupandæ, diuitibus opes, nec ci-
bum uentre repletis impudenter ingerere, sed uestigia antiquorꝝ se-
cutos magistrorum, paupertatem elurientium pauperum aliquantu-
lum consolatos, utentes exemplaribus Hebreorum: quorum proprie-
tas, ueritatis non paruum intelligentiæ lumen accedit. Obtestor au-
tem per æterni dei iudicium, omnem, qui hos libellos transcriperit,
uel cui habere placuerit, ut ad ea exemplaria, de quibus transtulit, dili-
genter emendet; ne tanti laboris solertia, librariorum dormitione
uilescat.

a Admirā

COMMENTARIORVM

DIVI APONII IN CANTICA CANTICORVM
LIBER PRIMVS.



Esaiae. 46. a
Hieron. 3. f

Exodi. 4. f

Psal. 44.
2. Cor. 11. a

Luc. 3.

Gen. 2. b

Roman. 5. b
1. Pet. 3. d

Dmirantibus nobis uoces spiritus sancti, qui in multis scripturæ diuinæ locis, inenarrabili charitatis affectu, humanam naturam à uerbo dei sororem, filiam, uel sponsam asseruit nuncu pari, secundum illud Esaiae prophetæ: Audi me plebs mea Israel, semen Abraham amici mei, q portamini meo utero. Et alio loco idem propheta, A modo, inquiens, patrem uocabis me,

& post me ingredi libere non cessabis. Et in Exodus dominus ad Mo sen, Dic, inquit, Pharaoni, dimitte filium meum Israel, ut seruiat mihi in deserto. Et per David sermo domini ad Ecclesiam gentium, Audi, ait, filia, & uide, & inclina aurē tuā. Et beatus Apłs Paulus ad plebem Corinthiorę, Despondi, inquit, uos uni uiro, uirginē castam exhibere Christo. Et illico apertius declarat admirabile dictum per Lucam eu angelistam, Adam protoplastum satorē corpore nostroꝝ, filium dei per seriem genealogiæ confirmatū, per hoc procul dubio, q̄ dei manibus de limo terræ formatus est. His igit̄ agnitis, tantis ac talibus testib. cō probat, q̄ magnus creatus sit homo, a magno artifice deo, qui tanto a more eius diteſt. Accenditur animus, mensurā huius amoris agnoscerē, q̄ inter uerbum dei & animam flagrat: ut dum agnouerit mensurā amoris, reciprocā reddat amoris uicissitudinē deo. Quē amorem, id est, quantū diligat aīa perfecta deum, mensuram in martyrib. possimus aestimare, in deo aut̄ non possumus. Omnis ēm̄ amor, licet nō sit nisi unius, qui uerus in deo est, usq; ad exitū mortis poterit terminari: quod martyres pro nomine filij dei moriēdo, & ipse pro impia plebe fecisse probatum est. Sed multum interest, multumq; distat inter illū, qui pro impijs, & eū qui pro iusto suscepit mortem. Et satis, & ultra q̄ effari potest, gloriōsior ille, qui nullis praecedentibus exemplis quod laude sit dignum fuerit operatus, q̄ ille, qui alterius magisterio edoceatur: Sicut humana natura (ut diximus) pro uiribus uicē in martyrib. dei filio repensare dinoscitur. Huius ergo ueri amoris, quē magister Gentū Paulus charitatem edocuit, magnitudinē nobis agnoscere cū pientibus, liber Salomonis, qui Cantica canticoꝝ titulo prænotatur, inter cetera luminaria diuinorę apicum, uelut lampada obuiauit. In quo utiq; nihil de carnali amore, quem gentiles Cupidinem appellat: qui insanía potius intelligi potest q̄ amor: sed totum spiritale, totū dignū deo, totumq; animæ salutare. Et ad quā gloriā per suā incarnatiōnem, suamq; nimiā charitatē sublimauerit post tot facinorę molē hu

manam naturam, luce clarius demonstrat nunc opinor. Sicut in mōte
 Sina beato Moſi ostensum est in figura, cuius pulchritudinis uel men-
 ſure tabernaculum faceret; ſicut ei dicit a deo: V ide ut ita facias taber-
 naculum, ſicut tibi in mōte ostensum est: Ita ſapientiſſimo Salomonis,
 quicq; ab initio mūdi uſc; in finem, in mysterijs ēgit, aucturus ue erit
 dei ſermo erga Eccleſiam, in figura & in enigmatibus demonstratū.
 In quo cantico, oīa que narrant tecla mysterijs, in uerbi incarnatione
 reuelata & completa docent. Vbi allisa erigitur humana progenies,
 cōpedita abſoluſt, corrupta ad uirginitatis integritatē reformatur,
 expulsa, pāradiso redditur, ex captiuā libera, ex peregrinā ciuiſ, ex an-
 cilla domina, ex uilissima, regina & ſpōſa creatoris ſui, uerbi dei Chri-
 ſti benignitate effecta ostenditur: quæ digna ſit eius uſcipere oscula,
 & una cum eo effecta ſpiritu, in coeleſtibus ſublimata regnare. Quæ
 ſublimitas, humiliatiōe filij dei celebrata cognoscitur, Sicut magiſter
 gentiū docet de Christo dicendo: Humiliauit ſe, ut nos exaltaret. Non
 enim iniuria deputat artifici, pretiosum anulum lapſum in corporis
 ſoueam, paulisper ſepoſita ſtola, ad quārēdum descendere, & inuentū
 rurſum ſuæ dexteræ reddere. Nā q̄cqd humile, q̄cqd uilissimū, q̄cqd
 deſpectū, indignū, ſtulta impia, gentilitas opinatur: cuius incre-
 dulitatis caligo, oculos cordis excæcauit: hoc gloriouſum, hoc mirabile,
 hoc per quam magnificum apud diuinam clementiam, & omnes uirtu-
 tes coeleſtes eſſe probatur. Nam quæ immēta potentia, quæ bonitatis
 dulcedo, quæ miserationis ſuperlativa omnium operum flagrantia pa-
 ternæ uirtutis, admirata ab angelis, omniumque ſanctorum choris, pre-
 celiſis uocibus, perpetuisque laudibus efferretur, niſi ut dominus ancil-
 lam ucre pauperculam, ut eternus mortalem, per assumptionē carnis, Ioan.1.b
 rex dñs Iesu Christuſ, Eccleſiam, id eſt, dei ſermo ſibi animā ſub cōiu-
 gis titulo copularet. Gaudet eī omnipotēs pater a glorioſae coniun-
 ctionis prole: quibus dicitur in Euangelio: Filioli mei, adhuc modicū
 uobifcum ſum, & uado ad patrem: gaudet, inquam, mirabilis pater in
 multitudine filiorum Christo & Eccleſiae genitorum: qui eorum locis
 ſedibusque ſuccedant, qui proprię uoluntatis malicia de coeleſti statio-
 ne ad terras dilapsi ſunt: qui nunc dolore multo torquentur, & callidis
 præpediculis ad regnum ascēdentes retinere conantur, & per momen-
 ta mox genitos filios Eccleſiae festinant extingueſſe. Eccleſiae autē uo-
 cabulum græco ſermone, congregationem populi, quæ hebraice dici-
 tur synagoga, interpretari nēmo eſt qui nesciat: Quę pro loco uel tem-
 pore, diuerſis nominibus a uerbo dei uocata eſſe probatur. Aliqua-
 do Hieruſalem, nonnunquam Sion, plerunque amica, ſæpenumero di-
 lecta, interdum foror uel ſpeciosa dicitur, aut ſponsa, columba, ſeu in-

Eph. 2.2
Exod. 25.4

Gen. 3.4

Phil. 2.2

Ioan. 13.4

Luc. 10.4

COMMENTARIORVM APONII IN

maculata uel perfecta, in Christi persona, ore prophetarum appellata cognoscitur. Hierusalem siquidem dicitur, quia post iucundiam os

minipotentis dei pacem de cœlo missam a' patre suscepit, eo quod aliis

Gen. 3. b. quam signatur habere pacem. Sion uero, quia de conuale lachryma-

Math. 5. 2 rum idolatriæ, ubi in corpore lapsa fuerat in Adam, nunc corde ad

montem paradisi reascendit, & pro mundicia cordis speculum se præ-

bendo indiuiduæ trinitati, conspicua & excelsa efficitur: In qua deus

Omnipotens, quasi in fertili monte, delectetur deambulare, & be-

Math. 19. 2 atum doctrinæ suæ semen spargere: propter quod specula, uel semen

in ea interpretatur. Amica autem dicitur, quoniam repudiando dia-

bolum, ad amicitias reuocauit deum. Dilecta uero appellatur, quo-

niam post incredulitatis amarissima odia, credulitatis muneribus di-

lecta efficitur dei; soror uidelicet nuncupata per assumptæ carnis my-

sterium, cum ex eadem materia uidendus nascitur terris, de qua & Ec-

clesia generatur. Speciosa scilicet pronuntiatur, quod abesta per ba-

Ephes. 5. 6 ptismum ab omnibus maculis peccatorum, post multam ethiopicam,

tenebrosamq; consuetudinem criminum, pelle, & ad genuinā pulchri-

tudinem reuocata, speciosa laudatur. Sponsa uero effecta est, corpus

& sanguinem suo corpori coniungendo: per quod sacramentum spo-

pondit se preter eum, nullum alium amatorem in toto corde diligere,

preciosum eius anulum fidei, magno studio conseruando. Formosa

Gen. 1. d nanc; predicatur, formam eius imaginis, in qua creata est, in anima re-

formando. Columba uero nominatur, omni rapacitate, quam adun-

cis manibus, uelut uulturini unguibus, consueverat perpetrare, depo-

sita, consortio spiritus sancti sociata, simplicitatis & largitatis cando-

re columbarum refulget: Et quæ consueverat in malis doctoribus, alijs

animabus æternæ uitæ rapere cibos, nunc in bonis doctoribus, de suo

suauissimo gutture, audientibus se imperrit, sicut naturæ est facere co-

lumbarum. Inmaculata autem laudatur, q; deposita uetere, antiquaq;

consuetudine criminum, & stola sacrosancti baptismatis semel indu-

ta, inmaculate uiuendo, ultra se non maculauit: & domini sui Christi

imitatrix effecta, pro eius nomine moriendo, lima martyrij splendes-

cit. Nullum enim aliud ferramentum fortius potuit reperire, per quod

antiquæ scoræ animæ limarentur, nisi martyrij limam: per quod in

tormentorum fornace possit anima, quantalibet sordium peccator;

mole sit circundata, in suo sanguine renouari: per quod perfecta sit co-

lumba, & in Christo inmaculata. Perfecta nanc; nuncupatur, omne iu-

Ioan. 4. d dicium a' patre suscipiendo in Christo. Hæc ergo Ecclesia (ut retro di-

ctum est) in qua omnium credentium in Christo multitudo consistit,

que ante sponsi aduentū in suo sanguine ignominiose iacebat, de pro-

iectione

iectione pro Christo collecta a' propheta Ezechiele refertur: & in eius
ris magnis nutrita, & usque ad annos pubertatis prouecta, & eius do-
ctrina quasi monilibus exornata, & eius coniunctione usque ad regnum
celorum sublimata, prophetarum & apostolorum uocibus compro-
batur. De quibus omnibus (ut dictum est) ita iubetur Ezechieli pro-
phetæ, ingratæ plebi improperare, dicendo: Fili hominis, notas fac Is-
rael abominationes suas, & dices ei: radix tua, & generatio tua de ter-
ra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, in die qua na-
ta es, in die ortus tui, umbilicus tuus non est præcisus, & non es lota a
qua in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis: nec pepercit super te
oculus meus ut faceret tibi unum ex his, misertus tui: sed iacebas nuda,
plenaq; ignominia, conculcata in sanguine tuo: Vbera tua intumue-
runt, & pilus tuus germinauit: Et ecce, tempus tuum tempus aman-
tium, & iacebas nuda confusionis plena, & misi amictum meum, et ope-
rui ignominiam tuam: laui te aqua, & mundaui sanguinem tuum ex
te, & unxi te oleo, & uestiui te uestimento multi coloris: simila & melle
nutriui te, cinxi te bysso, & calciaui te hyacintho, & posui coronam des-
coris in capite tuo, & circulos in auribus tuis: & cætera quæ sequunt:
& iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, & facta es mihi, ait do-
minus deus. Et multa sunt similia in libris diuinis, quæ breuitas pra-
sentis operis prosequi minime patit. Sed hoc sufficit declarasse, quod
modo sub nomine Israel, plebs Iudeorum contumax arguitur: & eius
persona omnis anima, q; per lauacrum regenerationis nascitur, & per
uoluntatem eius, qui eam prius genuerat per peccatum Amorrhæi (qui
amarus interpretatur, id est, diaboli) & per consuetudinem nefariam
(quæ Cethæa præsenti loco dicitur: quæ mentis excessus interpreta-
tur) fuerit oblita, increpari probatur increpatione. Ergo Israel omnē
multitudinem, quæ a' dei nostri Iesu Christi primo aduentu usque ad
secundum, reperitur incolere mundum, intelligitur nominari: quam
diabolus amarus, & propria excidens mente mala uoluntas, supradis-
cio ignominioso generat ordine: Quam clemens dominus Iesus Christus,
per sanctam apparitionem, licet nescientem, de prædictis fodi-
bus collectam, nutriuit, & pretiosis uestibus uel monilibus exornauit,
& sibi consortem regni facere est dignatus per sacrosancti baptisma-
tis undam: ubi gloria copula Christi filij dei & Ecclesiæ celebratur.
In quo sacro mysterio, ablutionis aqua lauatur, sapientiæ sale suscep-
pto: indiuiduæ, coæternæ que trinitatis fide pro prostibuli traditio-
ne salitur: uariarum uirtutum charismate, uestimentis nudata operis-
tur: Spiritus sancti pinguedine, charismatis unctione repletur: ubi
simila in Christi corpore, & melle in eius eloquij enutritur: ubi cir-

COMMENTARIORVM A PONII IN

culis diuinæ intelligentiæ aures ornant̄, martyrij gemmata in capite
 corona resulgens, bisso, que est puritatis indicium, cingit, id est, amor
 uirginitatis & pudicitiæ, ab omni eam dissolutione continet, reuoca-
 tamq; constringit: calciantur hyacintho pedes: qui color preparas he-
 braice dicit: ut præparati sint pedes ad præcepta Euangeliū pacis, sem-
 per concurrere. His uidelicet ornamentis decorata Ecclesia Christi, a-
 nimam sermo dei testatur sibi in coniugium copulare. Cuius persona
 in huius libri principio orare ad patrem omnipotentem uoce sponse
 inducitur dicentis:

Ephes. 6. c.  Sculetur me osculoris sui: quia meliora sunt ubera tua uino)
Osee. 2. d. Cui per prophetā Osee ipse dñs Iesus, sermo dei patris, pro-
 miserat dicendo: Desponsabo te mihi in sempiternū, despon-
 sabo te mihi in iustitia, desponsabo te mihi in iudicio, despōsabo te mi-
Hiere. 2. a. hi in misericordia, desponsabo te mihi in fide. Similiter & per Hiero-
 niām prophetam dicitur: Recordatus sum tui, miserens adolescentiæ
Esa. 61. d. tuæ & charitatis desponsationis, qn secuta es me in desertum, in terrā
 quæ nō seminat. Et p Esaiam similiter uox Ecclesiæ ait: Posuit mihi mi-
 trā sicut sponsæ, & induit me uestimentis salutis, sicut sponsum decora-
 tum corona; & sicut sponsam ornatā monilibus suis, circundedit me.
Zach. 9. c. Et p Zachariam huiuscmodi gloriam trepidanti Ecclesiæ nuntiat,
Math. 21. dicendo: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi mitis & māsue-
 tus, sedens sup pullū asinæ, saluator et redemptor ipse est. Hi ergo oēs,
 patriarchæ uel prophetæ, futuram ineffabilem Christi & Ecclesiæ co-
 pulam cecinerunt: Apostolus autem iam celebratam exposuit dicens:
Ephes. 5. f. Viri diligite uxores uestras sicut Christus dilexit Ecclesiā: qui semeti-
 psum tradidit pro ea, ut ipse sibi exhiberet immaculatam Ecclesiam, nō
2. Cor. 11. a. habentem maculam aut rugam. Et iterum ad Corinthios: Despondi
 enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Et alio loco ita
 exhortat fideles: Vos estis corpus Christi, & caro de carne eius. Huic
Ephes. 5. g. uidelicet tantis ac talibus testibus confirmatæ, adhibenda sunt omnia
 officia nuptiarum: ubi præsto sint etiam amici sponsi, amicæ uel ado-
 lessentulæ, consodales sponsi, sodales etiam sponsæ: mores q; cantan-
 tium, qui dulci modulamine sponsi potentiam canant, uel sponsæ pul-
 chritudinem laudent, qua largitatem sponsi est consecuta, quō se ex-
 celsus humiliauerit de illa altitudine deitatis, ad limū, pfundi, ut humili-
 lem deiectamq; carnis materiā ad celorū culmē leuatā, suę maiestati cō-
 iūgeret. Qd uirtutū schema celorū sedib. admirandū, ipse spūs sc̄tūs, q
 in alijs prophetis disperse de hac cōiunctione locutus est, nunc in hoc
 cantico, ore sapientissimi Salomonis, euidenter cōposuisse doceat: ubi o-
 mnia supradicta in ænigmatibus enarrant, & per imaginem terrenā,
 coelestis

cœlestis uerbi dei & animæ cōiunctio demonstrat. Quod canticū ita intelligit oībus præcellere canticis, sicut dñs noster assumptus homo, apostolis, patriarchis, uel prophetis, aut quæcunq; illē sunt cœlestium potestates; Ut sicut rex regū, & dñs dominantiū est Christus, ita & cā ^{1.Timo.6.6} tīcū canticoꝝ super oīa cantica, quæ a prophetis cantata sunt, titulat. Alia em̄ cantica, aut pro uictoriæ laude, hoste prostrato, cantata sunt: sicut Moses demerso Pharaone, cātauit in Exodi libro: uel deletis Seon, ^{Exod.15.2} & Og regibus, in Numerorꝝ libro cantauit: Aut tradenda posteris sa ^{Num.21.5} lutaria præcepta in Deuteronomij libro cantauit: q̄ iubente deo, deuterolis testamēti, egressurus de corpore, ingrato populo dereliq̄t: quid eos maneret in nouissimo tempore, si eius mādata fuissent obliti. Cantauit & Delbora canticū in libro Iudicū, deuicto hoste Sisara, Canta ^{Iudicum.5.2} uit & Anna uxor Helchanę canticū in lib. Regū, preces fundendo pro ^{1.Reg.2.2} sobole Samuele. Cantauit & David canticū itē in lib. Regū, qua die ^{2.Reg.22.2} liberauit eū dñs de manu oīm inimicorꝝ eius, et de manu Saul. Cātauit & Abacuc propheta canticū, qđ pro ignorātib⁹ prænotauit. Canta ^{Abacuka} verūt et tres pueri canticū in fornace, in q̄ mirabilia dei narrant, & hu ^{Daniel.3.2} militatis forma ostendit, dū se pro peccatis ignib⁹ traditos, q̄s ignis tangere non audebat, faten̄. Cantauit & Hieremias propheta canticū ^{Hier. Tren. ii} lamentationis de euersione Hierusalem & sanētuarij, et totius populi ^{2.3.4.5.6} Israel captiuitate. In q̄ docuit, quāto q̄s proximus fuerit deo p sanctā conuersationē, tanto eū si declinauerit, s̄euior pena manebit. Hæc aut̄ cantica a diuersis Prophetis (ut diximus) pro diuersis psonis uel causis cantata sunt. Hoc uero ideo Canticū canticoꝝ appellat, q̄a ad propriā Christi regis & Ecclesiæ coniunctionē cantatū esse manifeste pbatur. Vbi orat ad patrē sponsi Ecclesia, q̄ est sermo dei, ut iā non per nūtios sponsi, q̄ sunt angeli, q̄ a dei filio ecclesiæ futuræ repropitiationis nūtia deferebant; sed ipsum p incarnationis mysteriū iam aliquā corām ostē dat, iā ipsius formā speciosam præ filijs hoīm amplecti mereat: eiusq; dulcissima oscula suscipere, & gratissima ubera contrectare, dicendo: Osculet me osculis oris sui: q̄a meliora sunt ubera tuavino. Ab Adam scilicet usq; ad Ioannē Baptistam, semp Ecclesia Christum in eis, q̄ altioris intellectuserant, q̄siuit, et per oēs patriarchas et pphetas ad p̄rem om̄ipotentē lachrymabili uoce clamauit, eius sibi oscula ppinare, quē et in Jordani baptismo uox patris de nube, & Ioānes digito demōstrauit dicendo: Ecce agnus dei, q̄ tollit peccatū mundi. Et ipse p̄ de nube, Hic est, iqt, filius meus dilectus, in q̄ mihi cōplacui. Vnū aut̄ de multis amicis spōsi, præparantē sponsam, Ioannē intellige, cuius pñtia, ecclia Chri oscula sc̄tā suscepit, ipso testāte de Christo: q̄ habet sponsam, spōsus est. Amicus aut̄ spōsi gaudio gaudet ad uocē spōsi. Miraūt uidelicet Ioannes, cū uidit eū, ppter aquarꝝ sc̄tificationē ad baptismū ueniētem, cum

COMMENTARIORVM APONII IN

Math. 3, d cum ait: Ego à te debeo baptizari, & tu ad me uenis? Gaudio yō gau
det, audiens uocem eius dicentis: Sine modo: Sic enim oportet nos im
plerere omnem iustitiam: ubi completæ sunt preces Ecclesiæ, iam olim
præmissæ ad deum patrem domini nostri Iesu Christi dicentis: Os
culetur me osculis oris sui. Vbi nimium gaudium amoris completū
per adtrectationem uberum demonstratur, cum dicitur: Quia melio
ra sunt ubera tua uiño. V inum enim erat uerbum nuntiorum delatū
Zach. 1, c per angelos, qui ad Prophetas, uel in Prophetis loquebantur: sicut ait
Zacharias propheta: Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: quod
Ecclesiæ cor læticabat, audiens eius quem desiderabat, riuentari ad
uentum. Sed ubi ore manibusq; corpus eius & sanguinem contrecta
uit, meliora cognouit ubera Apostolicæ Euangeliorumq; doctrinæ
lacte manantia, ubi omnis diuina perfectio, quæ nunc ministratur,
quam uiuum ueteris Testamenti aut Legis, quæ secundum Aposto
lum, neminem ad perfectum perduxit. Quanquam enim perfecti
uiri apostolici, qui præsunt populo Christiano doctores, ubera
Christi intelligantur, per quos Christus paruulos nutrit: tamen nō
erit inconueniens, duo ubera Christi, Baptistam & Euangelistam.
Ioan. 1, d duos Ioannes intelligi proprie, qui Ecclesiæ post oscula sacramenti pre
dicti, plenissima ubera sunt propinati: Cum alter, eum solum, peccatum
mundi tollentem, agnumq; demonstrat Ecclesiæ: Alter, in principio
Ioan. 1, a uerbum deum, apud deum patrem manentem: qui per immaculatam
uitam, ita in amore eius, quasi ubera pectori, adhaeserunt: dū alter ad
huc paritulæ & lactentí Ecclesiæ, verum hominem sub nomine imma
culati agni ostendit: Alter a' creandi effectu, omnium eum rerum fa
bricatorem, in principio uerbum deum demonstrat, per quem crea
sunt uniuersa. Nullus igitur usque in hoc tempus ad Ecclesiam huius
modi gustus suavitatis peruererat, ut in agni mansuetudine, terribi
les reges, turma luporum dæmonum, effugarentur. Cuius præsentia
terrorem incutit omnibus & terrenis & ætherijs potestatibus: qui te
gmine spiritus sancti alios uestit, & ipse de nullo necesse habet: qui de
terr is leuaram, ad patris consortium ducit per carnis assumptionem
Ibidem Ecclesiam: cum qua mente & materia unum effectus est, sedens ad de
xtram patris, cum quo erat in principio uerbum deus. Huius ergo la
ete doctrinæ, uitam æternam conferente, prædicta ubera dilecta Ecc
lesiæ Christi domini nostri, manantia, de cuius pectori lacteo uitam
Gen. 3, a æternam, quam Adam perdiderat, per candorem doctrinæ in Apo
stolis infusæ, quasi per ubera in creditibus suscipit Ecclesia: & suis
posteris, quasi ex lacte butyrum effectum, per interpretationem ser
monis quotidie porrigit. Nam primum in se continent sacramentum
per

per lactis naturam,id est,casti liquorem:& cum fuerit arte subactus liquor, reddit butyrum:Ita et lactea apostolica doctrina,cum inuenierit magistrum,declaratur intra se continere individuam trinitatem.Qibus alimentis nisi indesinenter usa fuerit anima,non poterit uiuere in eternum.Quem cibum Ecclesia de supradictis uberibus in baptisma suscipit sacramento:ubi trina confessione Patris,& Filii,& Spiritus sancti,notitiae odorem cognoscit,cum ei sepe dictum doctrinæ lacriformem contulerit redemptoris medullam:liquorem scilicet baptismatis candidissimum,suauemque succum corporis Christi,& pinguisimum butyrum,sacri charismatis oleum,per quod spiritus sanctus infunditur.De qua pinguedine,Ecclesia in alio propheta deprecatur animæ suæ medullas repleri,dicendo:Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea.Cuius odor,sauciatus a peccatis animas resuscitat.Cuius uirtutem pinguedinis,in praedictis uberibus absconsam flagrantemque,post oscula suscepta,conlaudare sequenti doceat uersiculo,dicēs:Flagrantia unguentis optimis.Erat quidem boni odoris,id est,meriti,unguentum illud in veteri testamento,magistro deo compositum:de quo ungebantur reges,prophetæ,& sacerdotes:Sed quantū distat uiuus homo a pictura fucis colorum oblita,tantum interest,quod Ecclesia suscipit renascendo in spiritu,cuius figuram Synagoga suscepbat in corpore.Cuius tantæ fuerunt uires,ut uix in una gente Iudea,& paucis,tribuerit principatum.Hoc autem Ecclesiæ unguentum,tantum in se gerit uirtutis,flagrantæ simul & medicinæ,ut omnes credentes sanissimos reddat,reges & sacerdotes constituant:& eius odor notitiae,a solis ortu usque ad occasum,omnem mundum impleuerit:quæ intra se,quam aliam flagrantiam potest intelligi continere,nisi Christi nomen:de quo sequitur: Vnguentum effusum nomen tutum;) Sicut enim inter multitudinem cadaverum putridorum reclisi hōes morbo periclitantur,ita habitatoribus huius mundi euenerat per Adam,pluralem deorum numerum inducente diabolo ore serpētis,dicendo:Eritis sicut dij. Introducō autem unius uerī dei nominē,per incarnationis mysterium recōditō in corporeo uasco,quo fracto clauorum & lancearū ictibus,odore eius notitig,omnis foetor diabolicae doctrinæ,de toto mundo abstersus est.Et illud magnum nomē,quod in solo populo Israël erat notum per charismatis unctionem,nunc quasi effuso vase unguenti in domo,tota domus repletur odore: Ita & a tempore passionis dñi nostri Iesu Christi,omnis mundus unius uerī dei Christi nominis notitia impletus probatur,ubi per omnes nationes gentium quotidie,quasi odor unguenti,uirtutum recurrit flagrātia,dum mortui,invocato eius nomine,surgunt,cæci uident,claudi ambulant,muti

Math.28.d

Psal.62.

Math.8.b

Gen.3.a

Ivan.19.f

Psal.75.

Math.11.a

Marc.16.d

b loquuntur,

COMMENTARIORVM APONII IN

loquuntur, leprosi mudantur, paralytici curantur, effugant demonia, omnis egritudo cadit, pellitur languor in uirtute huius iorninis inuocati. Ecce quibus odoribus dilectio, amorq; Christi adolescentulas accedit animas: de quibus nunc ait:

Ideo adolescentulæ dilexerunt te.

His uirtutibus uidelicet, quasi suauissimis odoribus, Adolescentulæ, i. rudes adhuc ad credendum animæ, in eius inflammatu amorem. Hec uirtus, sanitate concessa Euangeliū adnunciantibus, uelocitatē cursus

Psal. 67. adolescentulis addit. De qua in alio loco dicit: Dominus dabit uerbū euangelizantibus uirtute multa. Hic nāq; dominus deus pater, dedit

Esaiae. 6.b uerbum ignitum huic mundo, quod in figura carbonis forcipe duorum

Psal. 57. testamentorum leuatur de altari, & labia purgat Esaiae prophetæ, qui per adunctionem carnis, solus inter mortuos liber, uiuensq; commixtus, simulq; flante spiritu sancto, omnes animæ, quæ ut carbones mortui, impiatum tenebris obscurato intellectu, non accendeantur, eius uicinitate accensæ sunt. Quibus dicitur iam accensis: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant homines opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum qui in cœlis est. Hoc autem quod diligit, quod flamma amoris sponsi ascenduntur, proprium donum gratiæ

Psal. 16. uerbi dei est: qui perficit gressus ad currendum, qui illuminat oculos

Psal. 50. ad uidendum, qui aperit labia ad loquendum: qui uisitatione sua praesentis mortis timorem, perfecta charitate intromissa cordi nostro, foras expellit. Etiam quæ præcepit, in nostra posuit potestate, ut iusto iudicio aut custodientibus regni cœlorum perpetuum gaudium tribuat, aut contemnentibus, æternus luctus proueniat gehennæ. Quod si absconsa sunt nobis quæ scripta sunt, queramus ab eis, qui eius iam perfecere uoluntatem. Quod si uires deficiunt (adipisci) ad intelligentiam quæ scripta sunt, sine intermissione orando petamus: eorum ue-

Psal. 113. stigia sequentes, quibus testimonia scrutantibus reuelata probantur.

Eph. 3.b De quibus unus dicebat: Mihi omnium minimo data est hæc gratia inter gentes, ut reuelaret in me filium suum. Sic enim crescit Ecclesia, sic fructibus suis sermo domini multiplicatur in toto mundo, dum perfectiores infirmos exemplo uitæ, & uerbo Euangeliū instruunt: ut aliquos blanda commonitione, alios durius increpando, pro alijs crebrius deo supplicando, eos castigatos in carne, sanos in anima ad se attrahat semper. Sicut beato Paulo fecisse probatur: quem contra se stricto mucrone uenientem ad Damasci ciuitatem ad Ecclesiam oppugnandam, nube cæcitatís ab alto directa inligatum, in castra Ecclesiae traxit: Et qui nomen Christi priusq; in tota Iudea innotesceret, uelociter antebat excludere, nūc uincitus charitatis uinculis Christi, per asperas uias, famis,

mis, sitis, nuditatis, naufragij, periculis multis uigiliare, iejuniorūq; ue
stigia eius seq̄t die noctuq; cui parz uideſ ſemel Christū p ſalute hoīm
mortuū, niſi & ipſe pro eoꝝ gloria q̄tidie moriat. Et qm̄ non ſufficit ^{i. Cor. 15. d}
uiſibilis, praua, & laetaliſ natura, magnam & inuiſibilem, quæ tota &
ubiq; eſt, uestigio ſequi, ubi non occurrit corporis ſui præſentia, ado-
leſcentulas animas cocitare ad curſum Epifolarꝝ ſuārꝝ uocibus, poſt
Christum currere hortatur. Cuius uocem intelligi in ſequentiibus nō
abſurdum uidebitur, dicentis:

Trahe me poſt te, curremus.

Ingresso nāq; noīe Christi in domo huius mundi: quod in ſimilitudinē
unguenti olei, propter ſpiritus ancti cooperantis personam intelligi-
tur: delectatione odoris notitiæ eius, de antro erroris egressa Ecclesia,
in populo, eiusq; conſimilibus anxia currit poſt Christum. Et qm̄ ad
tantum altitudinis culmen, quod poſt deum currendo ascenditur, nō
ſunt uires propriei uoluntatis, clamat: Trahe me poſt te, curremus.
Hoc ergo orat perfecti uiiri persona, qui Ecclesiæ caput eſt, qui uice
Christi in populo uingitur Christiano, qui nouit ſcrutado testimonia
dei, diuerſis laqueis retinere diabolum animas poſt deum currentes,
ut niſi adiutorio Christi fuerit de manu diaboli quotidie attractus, a-
dolescentulæ animæ currere omnino non poterunt. Nam quomodo
potuerit in cuiuslibet artis uel ſapienſie perfectum magiſterium quis
diſcipulum introducere, cum ipſe a' perfecto magiſtro non didicerit?
Prius trahit utiq; magiſter diſcipulū in ſcientiæ theſauros multis mo-
dis: aliquando gratioſis alloquijs, aliquando affidua cōmonitione, nō
nunquam uerberibus, plærunc; grauitate morum, ſæpen numero dul-
ci delectabilq; expositiōne; & hoc ordine diſcipulum uelocem ad cur-
ſum, in archana ſapienſie intromittit. Vbi cum ingressus fuerit, om-
nem iniuriam doctoris, quæ amara ad præſens uila fuerat, obliuioni
tradit præſens laetitia: ſicut præſenti uerſiculo uox Ecclesiæ gaudens,
poſt attractionem & curſum, in ſapienſie cellaria regis introducta, di-
cendo: Introduxit me rex in cellaria ſua.

Attracta ergo Ecclesia in eis, quos a' píſciū captura, & a' teloneis tra-
hit ad euangelium prædicandum, iam non ſola, ſed cum ſupraſcriptis ^{Math. 4. c}
adolescentulis currit, quæ uerbo prædicationis eorum, credentes Chri-
ſto, prouocatae ſunt ad curſum, uitæ æternæ munera comprehen-
da. Et ubi bene curſu adolescentulas ducit, nunc introductam ſe gau-
det in cellaria regis Christi: in illa procul dubio cellaria, ubi ſunt the-
ſauri ſapienſie & ſcientiæ dei. De quibus cellarijs in beato Petro fuſ-
cepit claves, in quibus ſummam rerum adepta eſt potestatem, & ligan-
di ſoluendiq; meruit principatū. Vbi audit uerba archana in Paulo, q
^{Coloſ. 2. a.}
^{Math. 16. c}
^{Ioan. 20. e}
^{2. Cor. 11. a}

COMMENTARIORVM APONII IN

a. Cor. 11.3 non licet hominibus loqui. In quæ cellaria intro inspiciens oculis cordis propheta, dolenter admiratur, tam grandes, tantèq; dulcedinis delitiarum copias esse in cellaris uitæ æternæ, ut uix paucis illuc concedatur ingressus, dicens: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine? quam abscondisti timentibus te, & perfecisti eam sperantibus in te. Per quod docuit, illis qui timorem gehennæ habet, absconsa esse: his uero perspecta & manifesta, qui perfecti sunt sperando in deum. Summa ergo perfectionis, sperare in deum est. In spe enim consistit quicquid in suprascriptis cellaris congregatum est. Qui sperat ergo, ipse credit in deum: Et qui credit, omnia quæcumque promisit, siue impensis pœnam, siue refrigeria iustis, reddituro, huic perfecta manet regni cœlorum dulcedo. Quicunque uidelicet sperat se pro sæculi caduca sapientia contempta, suis amatoribus interitum pariente, æternam uitam percipere, illi necessario perfecta est, ut diximus, illa magna sapientia dei dulcedo: sicut post Apostolorum discessum in multis philosophis factum probatur: qui contempta uanæ gloriæ captatriæ sapientia mundi, doctores Ecclesiarum, sacerdotes uel martyres extiterunt. Introducta est proculdubio in supradicta cellaria Regis, regina Ecclesia in eis, qui spem habuerunt pro rete uilissimo, regnum cœlorum inuadere: pro sordidissimo telonio, inæstimabiles diuitias patris possidere: qui pro paruo cespite terræ contempto, consortia acquirere angelorum: qui pro gentili uel incredulo fratre dimisso, deum maiestatis acquirere patrem: qui pro calice aquæ frigidæ, mercennarium se effici Christi credit, his omnino conceditur prædictorum cellariorum ingressus. Nam nisi omnem curam seculi, omnèq; pondus cupiditatis terrena quis deposuerit contemnendo, ianuam ueræ sapientiae ingredi minime poterit: eo quod angustus sit eius ingressus, & diuitiarum sarcina quam maxime oneratos excludit. Exemplo sunt autem philosophi, qui propter sapientiam terrenam in ultimâ se paupertatem redegerunt. Quamplurimi eorum cū essent diuitijs cumulati, usq; ad peram & pallium singulare omnes diuitias redegerunt, ut magnas delitias panem & aquam duxerint. Nonnulli etiam herbis agrestibus sustentati legunt, ne crapula cordi incumbens, à cogitationibus sapientiae hebetes redderet: Sicut & uox euangelica clamat Apostolis: **Luc. 21.1** Videte, inquit, ne grauetur corda uestra ebrietate aut crapula. Et alia scriptura, Adgrauat, inquit, mentem multa cogitatem terrena cogitatio. Nisi ergo euacuatum fuerit omne desiderium carnis, et abiectum de corde, oisq; uanæ gloriæ laus praesentis temporis, & intromissa fuerint illa, quod dixit propheta: In corde meo abscondi eloquia tua ut nō peccem tibi: in saepe dicta cellaria regis introire nō poterit anima, ut uideat quantum di

Math. 19. d
Luc. 18. e.

Math. 9. b

Math. 10. d.

Math. 7. b
Luc. 13. f.

Sapien. 9. d

Psal. 118.

tæ diuitiæ clausæ sint in lege diuina: De quibus dicit Esaïas propheta: Diuitiæ animæ, sapientia eius. Sed has diuitias cum acquisierit anima dei largitate, non in suauitem, sed in conferentis laudem, omnem legititiam ponere docetur: Sicut in præsenti uersiculo ait:

Esaïas, 33, b

Exultabimus et lætabimur in te, memores uberæ tuore super uinum.
Et si ad summum perfectiōis scientiæ culmen prouecta fuerit, nō suis viribus sophistica argumentatione confidat, sed sicut agnus lac ad ubera matris requirit, ita ad Apostolorum fidem, uel uitæ exemplum recurrat: qui ubera Christi regis iusta ratione intelligunt. De quibus nunc uox sponsæ dicit: Exultabimus & lætabimur in te; & postea ait: Memores uberum tuorum super uinum. Quasi alijs uerbis dicat, amplius memoria esse retinendā tranquillissimam illā patientiā, & humilitate plenam Apostolorū doctrinā & conuersationem: que vindictam docet a deo iudice expectari: quām illud ueteris Testamenti mordacissimum exemplum doctrinæ, ubi non solum minime iubetur diligere inimicum, sed etiam odio habendum, & maledictum reddi pro maledicto, & reliqua. Qui ubera Christi regis, sicut in capite Cantici dictū est, uere intelliguntur, qui in maculato pectori ut ubera adhærendo, quicquid gloriosum, quicquid splendidum, quicquid ad animarum pertinet cibum, de pectore Christi in ipsis infusum est: & per ipsos in omnium credentium corda quotidie per sanam doctrinam, & perfeccio uitæ exemplum transfundi probatur. Id est exemplum mansuetudinis, patientiæ, humilitatis, contemptus diuitiarum, castitatis, integritatis, & exemplum ueritatis, assidue orationis: quorū uitæ memorē se esse dixit super uinum, ueteris scilicet testamenti legem, quorū cor non quam inclinatum, ad terrenas actiones, ex quo pectori Christi adhæserunt, ultra detorsit, quod dominus Christus uelut ubera ad nutriendū animas uerbo salutis Ecclesiæ porrexisse probatur: Qui semper in necessitatibus, siue in lætitia, siue in abundātia, siue in penuria, siue in adversis, siue in prosperis constituti, semper sensus cordis eorum rectus fuit cum deo, quibus propriè idem conuenit qui sequitur uersus:

Deut. 32, 6
Rom. 12, 4Math. 5, f.
Exod. 21, c.
Math. 5, f.

Recti diligunt te. Suscepta itaq; considerans oscula Christi perfecta anima, uberumq; eius qualitatem cōrectans, iam unum consortium tenens cum uerbo dei, deambulando aulæ regis, per spacia lectionum diuinarum, in cellaris sapientiæ intelligentiæ que introducta, uidit ibi, quod nemo, nisi qui toto corde diligit deum, ingrediatur in his cellaris: & quod nullus possit diligere deum, nisi qui rectum habuerit cor, dixit: Recti diligunt te. Docemur ergo per hoc, quod illi diligunt factorem suum deum, qui in se dilectionem eius conservauerint quam creauit, aut perditam reparauerint. De qua dis-

COMMENTARIORVM A PONII IN

Eccle.7.d xit idem Salomon: Omnia scrutavit cor meum, & hoc unum agnoui,
 quod fecit deus hominem rectum, & ipsi sibi exquisierunt adinuentio-
Iob.1.b nes multas. De qua beatus Iob in laudibus coronatur. Dicit eum de eo:
 Et homo rectus in conspectu dei, & abstinentis se ab omni malo. In quo
Exod.20.a euidentissime declarat, prius directionem cordis (de qua dicere videt,
 unum deum colendo) esse tenendam: & per hanc, abstinentiam omniū
Gen.1.c malorum posse conferri. In hac siquidem directione, imaginem & simili-
 tudinem dei, quā in nobis legitur contulisse, opinor consistere: q pro-
 culdubio secundū iudicium suum, hominem intelligitur fabricasse. Si
Psal.118. cut dicit ei propheta: Iustus es dñe, & rectum iudicium tuum. Rectus
 itaq; secundū iudicium suum, rectū hominem fecit: & æq; iudicio hoc
 requirit in hoīe, quod fecit in eo: ut sicut ipse nullius potentia inclinat,
 ita & facturam suā uel imaginem, nulli alij præter sibi soli, ut inclinet
 genua cordis, regrit. Ideoq; dū cepisset per legis lationem incurvatum
Deut.6.c.10.d corrigerē imaginē suam, p Mosen dixit: Dominū deum adorabis, &
 illi soli seruies. Nam & ipsi primi hoēs, q diu non pluralē deorum nume-
 rum receperūt, sed unū deum factorem suum, nulla in eis incurvatio-
 fuit, sed recti steterunt in conspectu dei, & ad eloquium suum cū omni
 fiducia, gaudentes q; præbebant auditū. Vbi uero a mandatis eius de-
Gen.3.b clinauerunt, incurui, nuditatē pudorem tegētes, inter paradisi sylvas
 fugerunt. Quicunq; ergo unū deum omnī factorem, in tota uirtute crea-
 diderit adorandum, & hunc per uerbum & spiritum sibi coæternum,
 oīa fecisse quae sunt formata, esse rectus in conspectu dei probabitur.
Philip.2.b Et hic uere diligit Christū regem, credendo quia dominus Jesus Chri-
Psal.24. stus, in gloria est dei patris. Cui dicitur per prophetam: Dige me in
 uirtute tua, & doce me: quia tu es deus saluator meus: qui dicitur He-
 braice I E S V S. Illi nanque intelliguntur recti, qui solum diligē-
 testamenti, in lege, ab omni hæretica peruersitate concluserunt, diri-
 gendi. Omnis enim qui bonis operibus fuerit adornatus, & habuerit
1.Cor.13.a omnem iustitiam, ita ut montes transferat, secundum apostolum Pau-
 lum, & rectam, ut Apostoli tradiderunt, de mysterio diuinitatis & in-
 carnationis non tenuerit fidei regulam, labijs diligit deum, sed factis
Titum.1.d mentitur ei: Sicut illi, de quibus dicit propheta: Dilexerūt eum in ore
Psal.77. suo, cor autem eorum non erat rectum cum eo. Fit plerunque, ut ad
 misericordiam promptus sit quis, paratus uisitare infirmos, requirere
 in carcere clausos, esurientibus cibum, sitiensibus trbuere potum, pe-
 rigrinum recipere in tecto, nudum uestire, consolari lugentes, pudici-
 tiā diligere, uirginitatem ut angelicam gloriā uenerari, & omni uer-
 bo excolere; fidem aut̄ Christi si non tenuerit in trinitate, in qua cum
 patre

patre & spiritu sancto coeternus, uerusque est deus; & in qua cum carnis
 assumptione cum hominibus uerus homo est, uelut toto corpore pul-
 cher, sed incuruus renibus, qui non possit in sublime extollere caput,
 & uidere quomodo Pater & Filius & Spiritus sanctus tres personae,
 sub uocabulo uerbi, in unius potentia deitatis consistit. (Quod beatus Ioan. 1.13
 Euangelista Ioannes luce clarus demonstrauit dicendo: In principio
 erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, & uer-
 bum caro factum est, & habitauit in nobis.) Dum in die iudicij quasi
 incuruis, terrae que uultum coharentibus: quorum uox quidem au-
 dientur, sed facies non uidebitur; clamantibus: Domine domine, nonne
 in tuo nomine uirtutes multas fecimus? dicebant eis: nescio uos, discedite
 a me operarij iniquitatis. Non igit ignorat quos ipse creauit, sed pro-
 pria uoluntate, quam ad se diligendum indidit per naturam, depraua-
 tum cor a sua notitia uocat. Quisquis enim sic confitetur potentia tri-
 nitatis, ut gradus uel tempora ponat, tortuoso confiteri probat corde:
 non sequitur confitendo eum cui dixit propheta: Confitebor tibi domine Psal. 118.
 in directioe cordis, in eo quod didici iudicia iustitiae tuae. Danda est er-
 go omnibus solertissime rectae fidei regula, sicut est oportens deus in tri-
 nitate, obtinenda: quod honor omnium, et notitiae iudicis fundamen-
 tum esse probat. Vnde oportet omnem, q signaculum fidei nascendo sus-
 cepit, ad uocem doctoris ea discenda sagacissimum praebere auditum: & illa
 q maxime populo Christiano semp incubuit necessitas, ita in omnibus man-
 datis diuinis sine querela, et in directioe cordis incedere, ut sermone suo
 et uite exemplo curuos dirigat, rectos non sinat incuruari. Quid tam rectum, ut
 in omni negotio deo nulla preponat persona? Quid tam rectum, nisi ut figura
 ta mortua, uasa dolata, spreta, & uerus adoret creator omnium deus? Quid
 tam rectum, nisi ut in iudicando nulla ueritati pponat persona? Quid tam
 rectum, nisi quod accusator inserit diabolus; ubi iam excusatio uocatus
 homo praeueniat poenitendo? Et quid tam rectum et tam placitum deo,
 nisi ut nigredinem peccatorum suorum ipse pronunciet humiliando se iu-
 stus, & pulchritudinem fidei non abscondat praetruculento persecutore,
 & pro directione cordis, & pro zelo rectae fidei si necesse fuerit mori-
 do; sicut sequenti docet uersiculo, dicendo Ecclesiæ uox:
Luc. 1.18
Psal. 118.
Confessio au-
ricularis

Nigra sum, sed formosa filiae Hierusalē. Introducit itaque, ut sae-
 pe dictum est, sub figura cantilenæ Ecclesia, p singulas personas, uel diuer-
 sarum gentium uoce loqui, que de paradisi mōte in ægyptū huius mundi, in
 Adā peccando descendit, ubi ab opib. duris ab ægyptijs demoniis oppressa
 catcruis, rectorib. tenebrarum, q sub principe mundi militat Pharaonē, et
 flagris eorum uerberibusque denigrata est: q repedare pperas ad factorē
 suū Chrm p gratiā sacrosancti baptismatis, admirationē exhibuit filiab.
Hierlm: quas

COMMENTARIORVM A PONII IN

quas opinamur gloriosas aias, illius cœlestis Hierusalem filias, uel supernas uirtutes intelligi: qbus & quod in Aegypto huius mundi contraxerat, & quod per gratiam in illa reparatum est, utrumque ostendit dicendo:

Hic deesse uideatur hebraica dictio. Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Nigra scilicet, ascendens interpretatur hebraica lingua, & Aegyptus tenebrae. Hanc ergo ascendentem de tenebris peccatorum usque ad oscula filij dei, in tanta gloria exaltatam, uel introductam secretorum cellariorum (ut retro dictum est) archanis, mirantur filiae Hierusalem, siue angelicæ uirtutes, siue illæ magnorum animæ, quæ ante incarnationem domini nostri Iesu Christi complacuerunt ei per legis præcepta: eo quod Hierusalem pax interpretatur: quam beatus Paulus ad cœlum raptus magno numero filiorum constipatam conspexit in cœlo, quam confirmauit matrem omnium esse sanctorum: & hanc terrenam Hierusalem, illius umbram portare. Satius utique rectiusque, coelestis Hierusalem filias intelligimus eius gloriam admirantes, quæ suscepit pro Christi nomine imperfectos,

2. Cor. 12. a quam istius terreni peccatorum maculas improperantes, quæ sanctorum sanguinem fundit. Illæ igitur animæ, filiae Hierusalem præsenti

Ephe. 2. a loco nominari intelliguntur, quæ ante quam pax ostenderetur in terris, inter odientes pacem, cum tranquillitate pacis uixerunt: quæ tantum admantur Ecclesiam in illis tenebris, & tam ferocissimis getibus, quæ tanquam nigrædine corporis, & mentis barbarie fuisse probatur, ut forsitan sanguinarias bestias aliquando præcellerent, per sanctum lauacrum baptismatis, & per martyrium coniunctionem uerbi dei meruisse, & in amplexu eius inhærentem: quæ nigram se confiteat, eo quod in tembroso erroris cubili, prophano idolatriæ sanguine ebria, multos filios compressit in mortem æternam. Formosa uero, quoniam multitudinem filiorum, martyrum, uirginum, confessorum, se suscepisse de Christo, gaudens circum inspicit, quem & (se) in ueri Ioseph domini nostri, & in Madianitæ Moysi coniugis prætendebat coniunctione,

3. Reg. 10. a quæ a finibus terræ in regina Saba ad regem Salomonem uenit, audire sapientiam Christi: In Eunicho Candacis reginæ Aethiopum, etiam Synagogam præuenit in baptisme per apostolum Philippum, munus offerre deo. De qua prædixerat propheta: Aethiopia, inquit, præueniet manus eius deo. Filias autem Hierusalem, principes uel sacerdotes Iudeorum intellige, qui Ecclesiæ gentium maculam nigritudinis peccatorum improperant: qui Apostolos prohibebat uerbum salutis gentibus loqui: sicut alijs uisum est præsentem locum, nescio quomodo, congrue stare, cum istæ animæ, quæ filiae pacis sunt, id est, Hierusalem, nihil æmulationis habeant in se: sed magis lætantur & gaudent animarum aliarum salutem: & patrem Christum, qui est pax nostra,

Actu. 11. a

Sic interpretatur ille, cuius commentaria in Cantica, infra sunt oportib. Orig. hō. 2 tur, cuius commentaria in Cantica, infra sunt oportib. Orig. hō. 2

stra, imitando, pro fratribus ad eius fidem uenientibus, animam pos-
nunt. Sed mihi uidetur per hanc figuram, retrodictas magnorum in-
telligi animas, admirantium in profectu Ecclesiæ gentium, quæ in te-
tris, & in seuissimis gentibus, in quibus etiam humanum sanguinem
potabat, & humanis carnibus saginabatur, & ut diximus, nihil diffe-
rebat sanguinarijs bestijs, & per retrodicta opera placita omnipoten-
ti deo, coniunctionem Christi meretur. Nam secundum moralem sen-
sum uult, ut ois anima, quæ se nouit nigredine peccatorum aliquando
infectam fuisse, quamuis ad sanctitatis culmen concenderit, non extol-
latur in sanctitatis fastigio. Nam licet magna & perfectæ sint hæ per-
sonæ, quæ filiæ Hierusalem appellantur, nisi doctæ fuerint, quomodo
nigra sit & formosa Ecclesia ignorant. Solus est enim deus, ex quo, &
per quem, & in quo omnia constant, qui docet hominem scientiam, o-
mnia nouit, quibus in præscientia futuræ emundationis suæ gloriam
supradictam ostendit:

Ephe. 2, d
1. Ioan. 3, c

Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem, Sicut tabernacula Ce-
dar, & sicut pelles Salomonis.
Docetur itaque his comparationibus nullam personam execrari, quāni
maxime qui præest populo Christiano, etiam si minus splendeat con-
uersatio eius in sanctis operibus; sed propter præcelsum ordinem ue-
nerandum; quia non ad eum respicit horror, sed ad sancta sanctorum
martyria, quæ intrinsecus contingere ordo sacerdotalis cognoscit.
Area enim testamenti, quæ typum corporis Christi gerebat, cui fluen-
ta Iordanis, cui muri Hiericho, cui Allophylorum ferocitas cessisse le-
gitur, uilissimis pellibus erat contexta: & uilissima sunt papyro conte-
cta tabernacula Cedar: sed magni de stirpe patriarchæ Abrahæ ori-
undum ab æstu & pluvia contegunt populum: Abraham enim genuit
Ismahel de Agar, & Ismahel inter ceteros genuit Cedar. O, inquit,
filiæ Hierusalem, non uilesca tuobis extrinsecus minus pulcher aspe-
ctus, qui tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis assimilatur. Quia
licet uilia sint, magni tamen Patriarchæ contegunt prolem, cui benedi-
xit deus in auo: in quo benedictæ sunt omnes nationes terræ. Et licet
mortuorum animalium exuuiæ sint pelles Salomonis, attamen mag-
nam, ut dictum est, contegunt ab æstu & pluvia arcam, altare, & omnia
utensilia tabernaculi, sancta sanctorum. Tabernaculis ergo Cedar, &
pellibus Salomonis se comparando Ecclesia, de errore ad ueram fidē,
ex mendaci caligine ad lucem ueritatis iustitiæ, de tructilenta iracun-
dia ad pacis tranquillitatem, ex defensione idolorum ad defensionem
unius dei se transmigrasse ostendit: & profectus suos gradatim ad dei
notitiam, filiabus Hierusalem exponit. Primo tabernaculis Cedar, Se-

Rom. ii, d
Psal. 93,

Exod. 25, a
Iosue. 6, a
1. Reg. 6, a
2. Reg. 7, a

Exod. 36, c
Gen. 16, d
Gen. 25, b

Gen. 22, c

COMMENTARIORVM APONII IN

cundo pellibus Salomonis comparando. Quia longe meliora pelle^s contegunt Salomonis, quam tabernacula Cedar. Illa enim ferocem, ni gramq^z contegunt gentem; Pelles vero Salomonis, ea quæ Christi, & mniūmīq^z sanctorum eius typum gerebant. In tabernaculis uidelicet Cedar, protegere docetur Ecclesia eos, qui adhuc necdum legis diuīng sermone instructi sunt, aut gratia sacrosancti baptismatis emundati. quos fidei suæ luce protegendo inlustrat. In pellibus autem, ut diximus, magnæ contagi personæ monstrantur: que (gratia laboris) ad pristinam pulchritudinem repedauerunt, & de sancta conuersatiōe nunquam foras egrediuntur, imitando matris Ecclesiæ uitam (quæ se pellibus comparat Salomonis) ad instar pellium mortuarum, crucifigena do cum Christo carnem suam redigunt, quatenus possunt in se Christi similitudinem trahere. In cuius persona introducitur Salomon, qui pacificus intelligitur Christus, qui est Ecclesiæ pax: cuius si quis pellis meruerit esse, ipse procul dubio continebit in recessibus animæ diuina mysteria sancta sanctorum. Nanque Ecclesia aliquando ut tabernaculum Cedar, qui tenebrosus mœror interpretatur: quando utique de tenebris errorum suæ consolatione doctrinæ, mœrentes impios sub alas suas suscipit poenitentes: quando ab imminentे gladio protegit & defendit ad se confugientes. Et aliquando ut pelles Salomonis: tunc necessario, cum orthodoxos, & totius scientiæ sanctitatis intra se continet uiros, quando misericordem, pacificum, recte iudicatum, sobrium, pudicum, mansuetum, uirginumq^z intra se gestat exercitum. Quando autem, ut diximus, maioribus uitijs occupatis mentibus immittente diabolo, in his quam maxime, qui plebis dei probantur gerere principatum, intra se continet uiros, tabernaculis comparatur Cedar, tenebroso mœrori. Qui dum terrenis desiderijs detinentur, semper diabolo, cui in hoc mundo permissa potestas est, proximi fiunt. Cui quanto quis uicinior, tanto in illa forma qua creatus est ad imaginem dei, efficitur magis alienus. Qui ita consentientem sibi animam, ab illa gloria, creatoris similitudinem decolorat, solem se iustificare mentiendo, sicut iste sol uolubilis in plaga cœli, ubi uicinior terræ ambulat, incolas loci nigerrimos reddere comprobatur. De quo mysterio ut nos doceret spiritus sanctus, non naturæ, sed voluntatis nigredine peccatorum infectos, sub Ecclesiæ figura, causam nigredinis filiis Hierusalem reddente, exposuit, dicendo:

Nolite me considerare quod fusca sum: quia decolorauit
me sol.

Ostendit utique non secum nigredinem a conditore esse formatam, sed nimia uicinitate diaboli fuisse adtractam. Nam qui se altissimo deo adsim

ad simile, & in angelum lucis transfigurare non metuit, quomodo non etiam se solem iustitiae mentiatur? animæ captiuæ tollendo pulchritudinem naturalem; & superinduendo suam tetram adulteranicæ effigiem, perituram de cœlo tradit. Ergo huius solis radjjs inurentibus, quæ antea fusca, creature & turpitudines pro creatore colendo, adorando, totis uiribus defendendo, in eis, quorum elata sapiëtia stultitia reputata est: sed iam Christo credendo, in Apostolis, qui uere ualidissima membra Ecclesie sunt, & lucem recepit, & pristinam pulchritudinem reparauit per sanctum lauacrum baptismatis: quem Synagoga non recipiendo, a consortio Christi exclusa usq[ue] hodie, dolet Ecclesia gentium introductam, & caeco furore persequitur, & expugnare conatur. Nam si quis de filijs Synagogæ se commodauerit ad sensum Apostoli Pauli, docentis, quomodo Christi consortio supradicta negligendis macula abstergatur, statim in eum odia concitant & persecutions: Et cum sint unius matris filij, siue Euæ, siue Synagogue, quasi exercabilem alienigenam & hostem expugnant & persequuntur, dolentes scilicet, quod secretorum suorum delatorem ex se habeant impugnantem: sicut in sequentibus demonstratur, cum dicitur:

Filij matris meæ pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiui. Reddit ergo rationem, quam ob causam a filijs suæ matris impugnetur: Quoniam inuenta meliore, traditam sibi custodiam uineæ sue reliquit. Quicunque ergo uerbo sapientiæ cuiuslibet philosophiæ fuerit eruditus, qui a populo libenter auditur, uel cui docendi potestas conceditur, custos uineæ intelligitur. Vineam autem, populum appellari uel gentem, in multis scripturæ diuinæ locis reperies: ut illud in Propheta: Vineam ex Aegypto transtulisti. Et in Esaia propheta: Vinea domini Sabaoth, domus Israe est. Et in Hieremia genti Hebreæ improperat deus: Ego, inquit, plantauit te uineam meam, quomodo conuersa es in amaritudinem uitæ alienæ? Sed hic cum distinctione, suam, & non domini uineam se deseruisse ait: ut ostenderet ab ea quæ est domini doctrina, quam in prophetis suscepit mundus, omnem alias propriam esse doctrinam, & pro doctrina propria effici plebem doctoris. Et hac de causa, uineam figuraliter plebem appellari, quod ita necessarium habeat doctorem, sicut uinea cultorem uel custodem habere probatur. Et haec custodienda dicitur tradi illi, qui in ea sapientior repertus fuerit: per hoc quod de iudicio seniorum uel procurum docendi accepit potestatem, & susceptam docendo custodit. De qua uinca lætitiae fructum gaudens suscipiet. Et si sancte non uiuens, nec recte docuerit homines, amarissimum bibet impietatis fructum

2.Cor.11.c

Ephe.5.e
Titum.3.bRom.9.g
Rom.11.c

Psal.79.

Esa.5.b
Hier.2.d

COMMENTARIORVM APONII . IN

supradictæ uineæ suæ , cum ante tribunal æterni iudicis tantarum annimarum sacrilegio condemnabitur , quantas per se docuerit . Cuius quanto longius latiusq; auctæ furerint per doctrinam uenenosæ pro pagines , tanto & augentur cruciatus . Nam sicut ille , qui fecerit prius , & sic docuerit homines bona , magnus uocabitur in regno cœlorum : ita & iniqui doctores gentilium , hereticorum , uel magicarum artium magistri , uel nuncij deorum , qui acutis sermonibus , & dialecticis syllogismorum conclusionibus ueritatem in mendacium uertunt , magni malorum magistri , in magna supplicia uocabuntur . Quorum quisq; derelicta tali uinea sua , in Christi uineam uenerit , & in ea sanissimis sermonibus , & uitæ sanctæ exemplo culturam impenderit , hunc persequuntur , contra hunc pugnant huius gentis homines : & inflammante diabolo , acutissimis contra eum uerborum iaculis concitantur ad pugnam . Cuius vox inducit : Filij matris meæ pugnauerunt contra me : posuerunt me custodem in uineis : uineam meam non custodiu . Filii matris , id est , ipsius gentis , in qua sacerdoti doctor : qui filii quidem sunt matris iuxta prosapiam generis seu religionis , in qua latus doctrinam suscepit . Fratres autem dici non possunt , eo quod alieni & indigni a sancta religionis fraternitate , uehicula uel mancipia se prebendo diabolo , in quibus diabolus persequitur sanctos , & diuersis dilecerat poenis . Et eos crudelius & quam maxime persequuntur , qui eorum impio confortio derelicto , ad Christi confugiunt fidem : Sicut factum est a Iudæis in Stephano , & in Paulo , uel in omnibus Apostolis Christi . Contra quos filii matris Synagogæ , stricto pugnauerunt multe crone . Et sicut de magno uiro Iustino Philosopho historia refert factum : Qui ex sua uanissima ad ueram philosophiam Christi dum conuertitur , & conuersus cum sancta religione contra gentiles , & quos filios matris Philosophos redarguit blasphemantes , callide in secutoru . vocatus , ab eis magistris interfecitus est . Contra quem utiq; filii matris impiæ religionis , cum antiquam doctrinam deseruisset , usque ad sanguinem pugnauerunt . Hoc & multitudo martyrum à filiis matris suæ perfetta probatur , secundum domini dictum : Tradet , inquit , frater fratrem in mortem , &c . Suam autem uineam dicit se non custodisse , qm cognouit eam dñi non esse , eo q; non suscepit Christum . Matrem uero non denegat , de qua natus est gente : qm maxima laus est , de incredula stirpe Christum negante , prædicatorem Christi egressum . Nam si Iudæus est , non negat Synagogam matrem , unde Patriarchæ , unde Prophetæ , unde Apostoli sunt procreati . De qua matre magnus se in uita , sacerdotalis proles Paulus extollit , dū pugnat cōtra filios matris ,

*Meminit huius d.
Hieron. satishono
rfifice in de Ecclesi
scriptoribus.*

Math. 10. c

dicendo : Hebrei sunt , & ego : Israhelitæ sunt , & ego : Semen Abraham sunt ,

2. Cor. 11. e

sunt, & ego. Si vero gentilis doctor est, non negat philosophiam matrem, quam natus, uel adoleuit in sapientia huius mundi. Cuius exercitio, non pars intelligentiae adquiritur in diuinis apicibus, quomodo malo doctores, gentiles, Iudei, uel heretici impugnatores Ecclesiae, suis periculis sauciantur. Conuenit enim armatum custodem antiquis sapientiae armis, cum quibus propriam uineam custodibat, ad domini uineam transmigrare, quatinus resonante uitae inmaculatae flagello, & splendente sermone iaculo, in laesam possit omni parte predictam rectae fidei uineam custodire. Duplicita enim sapientie arma custodi uineas necessaria sunt. Huic praecepit, quod suam diruit, & ad domini uineam conuersus transiuit: Sanctae scilicet conuersationis exempla, & sanæ doctrinæ sermones, simulque auctoritatis serpentina & secularis, ad simplicem sanctitatis candorem spiritus columbae: per quam, rationem de archanis rebus reddendo querentibus, & patienter iniurias sustinendo, malos possit reuincere impugnatores. Cum ergo fuerit utriscumque armatus doctor plebis dei, diuinorum apicu, & mundanae astutiae sapientia, uicti, post pugnam necesse est ut cadiant impugnatores Ecclesiae: sicut per Apostolos læpeniero in alteratione fidei factum probat. Iste utique qui suam, & non dei uineam custodiunt docendo, mox uincunt proculdubio, ut inchoauerint pugnam, quia proprijs viribus confidunt. Ille autem qui traditam sibi a philosophis uel auctoribus haereticorum uineam dereliquit, & ad ueram Christi uineam transmigravit custodiendam, ipse dominus Christus impugnantes cum expugnat: cui est honor & imperium in secula seculorum.

FINIS LIBRI PRIMI.

COMMENTARIORVM D. APONII

IN CANTICA CANTICORVM

LIBER II.



Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cibus in meridie: ne uagari incipiam per greges sodalium tuorum.)

Post impugnationem & prælia, post multorum laborum desudationem, prolongasse a se queritur Christum, ut nos doceamus quanto desiderio, quantisque lachrymis, post impugnationem uitiorum, post dæmonum pugnas, debeamus emendata & bona uita querere deum, ut nobis adiutorio suo iter ostendat, quibus auctiobus suffulti, ad consortium earum animarum peruenire possumus, quas ipse dominus pascit, quas ipse accubare facit, cum quibus ipse præsens est semper, quibus opinor nullam iam luporum dæmonum subreptionem nocere, quas

e iii credo

a Forte, telis, se-
quitur enim faculo.

credo nulli uitio carnali subcumbere, nec aliquo contagio addictas pec
 cati. De quibus ipse dominus in Euangelio dicit: Oves meæ uocem
 meam audiunt, & sequuntur me, & ego pascua bona do illis. Et quæ sint
 istæ dei oves tam necessariæ, tam scetæ, tamq; amabiles, quas non ange
 lis, non archangelis credit pascendas, sed ipse dominus pascat eas, bea
 tus Paulus evidenter ostendit. Qui dum in ouili dominico, præceptis
 suis singulas ordinaret oves, suo consistere loco, hoc est, quid uxori uiro
 debeat, quid uiir mulieri; quid pater filio, quid filius patri; quid frater
 fratri, quid seruus domino, quid dominus seruo. Vbi uero uentum est
 ad supradictas peculiares, quas in claro meridiano lumine ipse accu
 bantes custodit, nihil sibi super illis dicit in præcipiendo iniunctu ne
 gotij, dicendo: De virginibus autem domini præceptum non habeo,
 consilium do, quasi misericordiam consecutus. De quibus in alio loco
 Gal. 5.4 dicit: Qui autem Christi sunt, carnem suam cum Christo crucifixerunt
 cum uitij & concupiscentij suis. Habet ergo dominus noster Chri
 stus animas nimia sibi charitate coniunctas, quas in claro intelligenti
 a uel dilectionis suæ meridiano lumine semper conseruat, quæ per
 innocentiam & mansuetudinem supradictæ integritatis, uel solerti uigilantia in scrutandis testimonij seius, flagrantes amore diuino fuerunt:
 & quas non solum baculo proprio regit, sed & brachio constringere,
 & sinu portare prophetarum ore probatur. In quibus Esaias, Ecce,
 ait, dominuscum fortitudine ueniet, sicut pastor gregem suum pascet,
 in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, scetas ipse por
 tabit. Quas animas ego confidenter in illis intelligi dico, qui ueri phi
 losophi coelestes effecti, relinquentes mundum cum delitijs & fallacijs
 & pompis suis, & heremi habitationem aulis regalibus prætulerunt,
 potius eligentes cum bestijs, & saeuissimis draconibus in desertis,
 quam cum nequissimis hominibus in urbibus habitare: & nimium
 sumptuosa illa impendia ciborum, quibus oneratus, diuersos languo
 res terminando distenditur uenter, ad unius pulmentarij crudorum
 holerum, uel exiguum panis & aquæ usum redegerunt. Qui a tem
 pore matutino, id est, initio credulitatis suæ, disciplinæ bonitatis, uel
 scientiæ legis diuinæ pascua, repleuerunt conceptaculum cordis sui,
 usque ad meridianum, hoc est, usque ad perfectum ætatis tempus:
 Nunc uero illum supra scriptum cibum, qui in tempore iuuentutis
 ardentiissimo desiderio & minus mundano, in mentis recessu recondi
 tus est, legendo, in claro intelligentiæ illius meridianoq; lumine recue
 bantes, id est, resurgentibus ab omnibus immundis cogitationibus, prese
 nte dño Christo conservantur. Vbi nullus turbidare cogitationū clamor,
 nullius desiderio distentantur, adulterij in ea nulla subreptio, nulla per
 uagatio

Ioan. 10. c

Ephes. 5. &c.

Cor. 7. c

Gal. 5. 4

Ez. 40. c

vagatio oculorum, ciborum nulla concupiscentia transcendit certum terminum constitutum: sed sola ibi pax iustitiae, ibi solum silentium, cultus iustitiae, requiescit, ubi domino praesente, nihil aliud preter diuinos apices motu labiorum ruminando, imbuuntur. In quibus dulcissimis pascuis, in quo splendore meridiano, in quo umbraculo refigerij, post praelia illecebrosa uitiorum, post multimas dæmonum pugnas, post malorum hominum persecutions, desiderat se deduci Ecclesia: in his duntaxat, qui ab hac gloria, pcum sunt, dicendo: Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie: ne uagari incipiam per greges sodalium tuorum. Docemur igitur nunc, quem admodum milles, quam diu in acie constitutus, stricto mucrone decerat, nec cubile recubandi secure, nec cum rege miscere colloquia illi conceditur; Ita & anima, quam diu impugnatur stimulis uariarum tentationum, quam diu calumniosis litibus incurfatur, quam diu blasphemis plena hereticorum uel gentilium concertatione defudat, quam diu incentiis desiderijs agitatur, q̄ diu corporis mortem pro iustitia inlantem erpauescit, quam diu non concupiscit dissolui & esse cum Christo, ad supradicta pascua, & peculiare meridianum cubile, perspicuum intelligentie lumen (ubi uberib. inhiando presente domino, sermo eius virtutem saporis ostendit) peruenire non poterit. Vide itaque ordinem huius carminis, quod ut nubunt sponsæ, cecinit spiritus sanctus. In quo sacramento docemur, non nobis hoc tantum sufficere ad uitam æternam obtainendam, quod baptismate a fôrdibus prœuijs peccatorum deloti, quod osculum Christi per corporis eius & sanguinis gustum anima nostra suscepit, quod in cellaria notitiæ scripturæ diuinæ introducta est, quod directionem fidei, ut Apostoli tradiderunt, retinet inconcussam, nisi semper ea, quæ operata est bona, postponat, & inhiando ad ea quæ necdum perfecta sunt, petendo, quaerendo, pulsando, totis viribus extendatur. Non enim uult alium quenquam solum amoris deus in anima hominis: Sed in tota uirtute eius, in toto corde, & in totis uisceribus eius, solus obtinere desiderat principatum. Et in trino opere eius, cogitatione, uerbo, factō que, solus discurrere delectatur: Sicut trino mysterio se in decalogo diliḡ iussit. Dicendo enim: Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo: cogitationem sibi hominis, uelut palatium intitulauit. Dicendo: Et in tota anima tua, sermonis sibi eius singularem laudem sacrauit. De qua dicitur in Propheta: Ego dominus, laudem meam alteri non dabo: & nec laude meā sculptilibus; quæ sola utiq; sermonis obtinet potestatem. Dicendo uero: In tota uirtute, quis ignoret operam hominis nominasse: quā pro sua uoluntate sibi uult semp totā impēdi; sicut ipse ait in euāgelio: operam.

Deut. 6. a
Math. 22. d

Ezai. 42. b

Ioan. 6. d Operamini opus quod non perit. De quo itidem Apostolus commo-
1. Cor. 10. g nuerit: Quicquid agitis, inquit, siue māducetis, siue bibatis, siue aliud qd
faciat, omnia in nomine domini facite. Quod si omnia in nomine eius
iussa sunt fieri, nulla reliquit opera, quæ nō in eius nomine faciat; Imo'

**Nuptiæ à sacerdo-
tibus benedictæ.**

& ideo nuptiæ etiam a' sacerdotibus Christi benedicuntur: & sine ma-
cula thorus, lege diuina pudicorum coniugum a' Solomone laudatur.
Qui ergo ut iussum est, in toto corde, in tota anima, & in tota uirtute
diligit deum, nullum in se officium membrorum uacans relinquit pec-
cato, nullum iræ, nullum cupiditati, nullum mendacio, nullum cheno-
doxiæ, nullum libidini. Præoccupauit enim totum habitaculum men-
tis suæ latissima dei dilectione: & operante diabolo multas obstatu-
rum formas, propter creatorem totis uiribus calcando transcedit: &
nihil tam bonum in hac uita, nihilq; iucundius ducit, nisi deo soli inde
Psal. 72. sinenter coniungi: Sicut dicebat propheta: Mihi autem adhærere deo
bonum est, ponere in domino deo spem meam. Vbi igitur hæc omnia
operata a' perfecta anima fuerint, & amori Christi nulla dilectio hu-
1. Cor. 2. c. ius mundi fuerit anteposita, tunc magna fiducia, & ardentissimum de-
siderium nascitur inquirendi ea etiam quæ sunt occulta: & habitante
in recessu mentis suæ spiritu sancto, qui omnia scrutatur secundū A-
postolum, alijs proculdubio inuisa & inaudita, quæ adepta est perfe-
cta anima, reuelauit: cuius uox præsenti introducitur loco: Indica mi-
hi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne forte
euagari incipiam post greges sodalium tuorum. Sicut ergo oves sine
pastore, & sine bono pastore subsistere minime possunt: ita docuit præ-
senti loco, animam sine notitia recte fidei, in qua creator noster, in qua
æterna trinitas probatur consistere, & sine adiutorio diuinæ protecti-
onis, nec uitam æternam adipisci, nec a' diaboli mortibus liberari. Hec
proculdubio pascua sponsa desiderat adipisci, quæ in domini nostri Ie-
su Christi incarnatione ostensa sunt, ubi credentiu animæ pascuntur
floribus, uernante campo dulcissima euāgelica doctrina, sicut prophes-
Ezech. 34. d tatum est per Ezechielem, domino ipso dicente: Ego requiram oves
meas, & congregabo eas de cunctis montibus, & non erunt ultra in de-
prædationem bestiarum, & ego pascam eas, & ego accubare eas faciā,
& seruus meus Dauid pascet eas iustitia & doctrina. Vbi unaquæq;
anima, pro capacitatem sensus sui, quanta uoluerit pascua miri saporis,
currendo decerpit. Vbi post ardentiæ nequitiaæ solis æstus, sub tegmi-
ne defensionis crucis, in perspicuo intelligetiæ lumine, dei hominiq;
societate, agnito redemptiōis mysterio, a' diaboli impetu, qui solus mē-
titur, defenditur. Manifesta(ta) est autem omni terræ, ubi pascua sane
doctrinæ Apostolorum principi reuelata est Petro, dum interrogan-
te Christo

te Christo respondet: Tu es Christus filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti. Ecce quomodo oves aliquando ad uocem ueri pastoris, pascua uitæ æternæ in Petro inueniunt: & ideo Petrus tantis laudibus coronatur, cum ei dicitur: Beatus es Simon Bariona, quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed spiritus patris mei, qui in celis est; quia ita ore eius, reuelante spiritu sancto, gloria pascua, & requiei sempiternae, uitæ cubilia, ecclesie indicata sunt, ut iam non ultra per malos & alienos greges uel pastores uagetur, eo quod miram sententiam protulerit respondendo, quæ nullius, nisi solius notitiæ erant indiuidue trinitatis. Etenim hic euidenter cogternae personæ monstrantur, qui uenit, a quo uenit, & quid reuelauerit Petro. Nam sicut terra solis calore & pluvia, pascua iumentis, uictumq; hominibus germinare ad uitam præsentem probatur: Ita & dei filius in aduentu suo, manifestando clementissimam trinitatem, uitam dedisse animabus credentibus cōprobatur: sicut ipse Christus ait: Pater quos dedisti mihi, dedi illis uitam æternam. Et quæ sit uita quam dedit, in sequentibus declarauit: Vt cognoscat, inquit, te uerum & uiuum deum, & quem misisti Iesum Christum. Ista pascua non uidet anima, nisi quæ uestigia Petri, credendo et confitendo, fuerit prosequuta. Ista pascua non uidet Iudeus, neq; gentilis, neq; omnis hæreticus, qui non sequuntur pastorem, quem princeps pastorum Christus, mundo uicariū dereliquit, dicendo: Si amas me, pascue oves meas. Omnis nanc; anima, quæ nō humiliiter petendo, quærendo, pulsando, haec sæpe dicta inuenierit pascua, & iuncta non fuerit dominico gregi, foris caulam rectæ fidei exclusa aberrans, ubi cuncti audierit uocem falsorum pastorum passim discurrit, ita, ut modo ad unum gregem philosophiæ dogmatis auditorem iungatur, nūc ad alium: qui innumerabilium peruersorum dogmatum inuentores magisterio dæmonum extiterunt: qui cum boni creati essent a conditore, proprio libertatis arbitrio in maliciam tyrannidis sunt cōuersi, & contra salutem hominum quotidie inflammantur. Ideoq; Prophætis docentibus, falsos ut pellant prophetas, qui cōtraria mentirentur, & ea quæ hominibus mortem perpetuā generarent: quærerentibus per insitam sibi rationem naturæ philosophis creatorem, innumerabiles fecuti sunt inter eos, & nenia uerborum immiserūt: & pro summo bono, id est, summo deo, quem quærere conabantur, tot eos blasphemias docuerunt, quot greges philosophiæ repererunt in mundo. Veniente autem uero pastore Christo, qui perditum quæreret, ægrotū sanaret, confractum alligaret, fidem hæreticorum autores ad iugulandas animas se præparauerunt: quorum doctrina diuersi greges animar, sub diuersorum pastorum manu, propria uoluntate redacti sunt. Qui dū

Math. 16.c

Ioan. 17.d

Ioan. 17.a

Petrus Christi
uicarius.

Ioan. 21.f

Esa. 61. a
Luc. 4.c

Math. 24.^a

sint angeli refugæ, ausu temerario Christos se facere præsumperunt; qui, Christo per Apostolos animas ad paradisi montem uocate, id est, ad notitiam, quomodo debeat intelligi coetera potentia trinitatis, ac matis quodammodo hæretorum uerbis, uel inani philosophia genitilium, in inferni foueam retrahunt per momenta. Quod periculu metuens sponsa ne incurrat, precatur sibi gregem electorū, ubi pascatur sana doctrina, indicari, quē ipse Christus pascit: ne semel aberrans pfecta aīa de grege Christi, diuerse de eius diuinitate, uel incarnationis mysterio sentiendo, per greges apostatarū angelorū discurrat: quos error hereticę prauitatis per Basilidem, Valentiniū, Photinū, Apollinarem, Macedonium, Eunomiū, Montanum, Cataphrygam, Manichēum, Arriū, uel p oēs hæresiarchas cōgregauit. Qui hac de causa sodales appellant, q̄ unusq̄sc̄ eorū, dæmonum uicarius uel collega per supbia effectus est: & q̄ oēs hi, cibos doctrinæ, apud sensum suū (de q̄ cuncta metitādo promūt) deceptis animabus preparatos, singuli ad unā mensam, legis diuinæ testimonijs male interpretatis, deferunt comedendos.

Iob. 13.^a

Abac. 20. hæcha-
bentur, non apud
Esaiam.

Propria em̄ pulmentaria ad unā mensam multi propter commune cōuiuium deferentes, ab antiquis sodales sunt nuncupati. Ad quorū com parationē, malorū dogmatum inuentores, sodales, Christi Ecclesia appellauit: qui dulcia uerba sancte scripturæ, uenenosis sensibus suis infi cientes, diuerso sapore letalī inter se uarianti, unius mortis æternæ cō uiuū præpararunt aīarū. De q̄bus dicit propheta Esaias: V̄g illi, q̄ cibat amicū suum, mittens fel in escam eius: quorū magistri demones, dū angeli boni creati sunt, & sup singulas nationes positi sunt agere principatū, in supbia eleuati, unamquāq̄mentē uel animū, sellita doctrina criminibus inretire festināt. Quas per uitia carnis & cupiditatē pūi derint se supplantare nō posse, pueri dogmatis uenenoso poculo perimunt, ne soli in æternis supplicijs cruciant̄. Talia ergo pascua que præparat sodales, perfecta anima formidans incurrere, Christi ueri pasto ris uocem audire precat̄, ne euagando, letalī eorū contagio sauciet̄: q̄ cōtingentes se insensibili inficiūt morbo. Quibus Ap̄ls nec in salutatiōis iubet uicinitate coniungi, dicendo: Hæreticum hoēm, post unam & secundā correptionem deuita: & uae illi qui dixerit: cōmunita operibus illius. Hæc igit̄ confortia ne incurrat perfecta anima deprecat̄, ut nobis, qui Ecclesiæ filij sumus, ne hæretorum̄ confortia incurramus, exemplum pingere deprecādi, ut inter oīa quæ præcepit deus, maxima cura sit deum supplicandi, quatinus nobis illarū personarū confortia tribuat, in q̄bus Christus redēptor noster, rectæ fidei cibo doctrinæ sue, in se credentium aīas pascit: & quarū mentibus humilitatis uel māsuetudinīs, uel castimonię nemorosis meridianis cubilibus delectatur. In alia

Tit. 3.^c

alia enim peccata quicunque incurrit, aberrans a dominico grege, ci-
tius monitis salutaribus ad ouile Christi poterit reuocari. Hæretico-
rum autem uestigia anima quæ fuerit consecuta, aut uix, nimium uul-
nerata, aut nunquam omnino ad ueritatis ouile reuertetur: quoniam
tam diu labentia eorum dialectica arte composita doctrinæ itinera se-
quitur, quam diu occurrente mortis fine, ab spiritibus nequitiarum,
bestijs &c deuoretur. Et dum se opinatur quis summas scientias illius se-
quendo dogmatis adtingisse, ab alia expugnatur: ultimo discipuli loco,
in calcaneo reuocatur. Qui dum serui dæmonum, plausu uerborum
gestientem eruditionem, dei eruditioni preponant beatitudinem con-
ferenti, non per uiam dei patris, quæ est Christus, ambulant, sed per
uiam cordis sui, quam diabolus fecit, in huiusmodi mentibus deambu-
lando uel inhabitando, ad supradictos deueniunt græges: ubi infelix
anima, et si prima fuerat aliquando in scientia sancta, nouissima tamen
deterior cœsis, quorum se magisterio subdidit, efficiatur necesse est. Ita
ut si in illos græges deuenerit, ubi Valentianus, Marcion, Basilides,
uel Manichæus primi esse probant, necesse est ut in uestigij s eorū am-
bulans, in grege eorum contra se bellante in docendo euagetur: & in
eo ubi Photinus uel Bonosius primi sunt, in multitudine falsorū Chri-
stianorum, non unum redemptorem totius mundi confitentium, ua-
getur: quos dicendo asserunt fieri, non de utero uirginis procedendo:
sicut Saluatorem nostrum impio ore blasphemare non metuunt, ne-
quaquam per diuinitatem, sed ex doctrina Christum nominari debe-
re: qui tantam multitudinem Christianorum fieri per momenta con-
firmant, quanti reperti fuerint qui sermone doctrinæ, uel exemplo ui-
tae suæ homines ad uitam immaculatam potuerint prouocare. Si ue-
tro in eum peruenit gregem, ubi candor sacrosancti baptismatis, ubi
adoptio filiorum dei, ubi dona sancti spiritus auferri possunt, reddi
non possunt: non solum in uestigij turmæ Arrij & Montani, eorum
que similium uagatur, sed opinor huiusmodi animam truncato capi-
te, in his solis uestigij remanere, dum a capite Christo perdita fide di-
uisa, ultimis gehennæ ignibus deputatur. Quod malum omnem genti-
lem hæreticum, uel Iudæum expectat, si minime per sensum rationabi-
lem, quem a deo suscepit, agnoverit quid debeat rennuere, quid am-
plecti: sicut sequenti uersiculo sub spose imagine, anima dei uerbo co-
monetur, cum dicitur:

Si ignoras te o' pulchra inter mulieres, egredere & abi post uesti-
gia gregum, & pasce hoedos tuos iuxta tabernacula pastorum.
Hoc igitur quam maxime ad eruditam legis diuinæ scientiæ animam
respicit, ut post illa retrodicta lætitiae cellaria ostensa, agnoscat se, cur

COMMENTARIORVM APONII IN

uel à quo creata sit, & quid eam maneat, si non circumspete per momenta pulchritudinem suam, quam à dei filio suscepit, uel reparauit, seruauerit. In ænigmatibus ergo ut nuptialem cantilenam, & nihil historice in toto hoc Cantico agere spiritum sanctum, retro iam diximus. Vbi non de terribilibus iudicij, non de pœnis impiorum, aut alia quid simile est, sicut in alijs scripturis narratur: sed quasi amatoria uerbi dei & animæ, dulci modulatione canuntur. Et si quid sinistrum in repere animæ præuidetur, blanda commonitione docetur. Et necesse est, ubi figuris agit spiritus sanctus, nos allegoriae omni modo deseruire. Hic ergo mulier noīe omnium gētium, quæ in hoc mundo sunt, multitudinem nominauit: inter quas omnes nationes, ut regina ornata monilibus, legis uidelicet & sacrificiorum ritibus, quæ templo uel sponsa thalamo utebatur, omnibus pulchrior gens Hebræa est nominata: quæ in illa plebe, quæ Christum cognoscens, quasi legitimum uirum in propria domo suscepit, ubi Moyses famulus fidelis laudatur, Regina efficitur & sponsa: quæ agnouit se in figura omnia instrumenta ueteris testamenti portasse, & se de errore gentilium, ad baptismum per legem & sacerdotum officium ex Aegypto esse deductam:

Exod. 14. a quæ dñm sub columnna nubis in defensionē ab eſtu incentiuorū dāmonū, & in ignis columnna in sancti spiritus forma præcessisse agnoscit: per quem pater reuelat abscondita sacramenta: quæ manna in uero carne facta, uitam hominibus conferente suscepit: quod multiplex est & minutum, statim diluculo colligendum, mox ut notitia eius inluxerit cordibus nostris, antequam ardor auaritiæ, antequam odor uanæ gloriæ, antequam ardor libidinis exhalet in nobis. Nam ubi hi existus increuerint mentibus nostris, panem illum coelestem, in quo dixit dominus hominem uiuere, ad suam retractum naturam fugant a nobis, nec intra nostra uiscera eius uirtus manebit: Sicut sole orto, manna ad liquoris naturam reuertebatur: quod in arca testamenti incarnationem Christi præluxisse agnoscitur, et quatuor annulis Euangeliorum, confixis duorum Testamentorum uectibus, & quatuor Evangelistis, leuitis scilicet, collo in hoc toto itinere uitæ portatur. Cuius solius uisus impetum fluminis mundanæ sapientiæ, ad fontis originem in Iordanis figura reuocauit. De qua idem Solomon dixit: Omnis sapientia a domino deo est. Quæ in figura Iordanis diuisa in duas partes præfigurata est. Illa enim pars aquæ, quæ in mare ante faciem Arcæ delapsa est, illa uidetur Philosophiæ pars, quæ suo obstinato impetu, contempta prædicatione Christi, præceps impetu in infernum delabitur: Illa uero sapientum huius mundi turba, quæ ad fontis meatum recurrit, uel stetit in tumulo, ipsa proculdubio pu-

Math. 11. d re ag
Ioan. 1. b
Ioan. 10. b

Exod. 16. d

Math. 4. a
Deut. 8. a
Luc. 4. a
Ioan. 6. d
Exod. 16. d

Iosue. 3. c
Ecclesiastes. 1. a

re agnito Christo, quasi ad caput fontis recurrens, ad sacerdotij honorem, & ad martyrij gloriam, uel omnium honorum cultrix efficitur, instar Iordanis sublimatur ad coelum: Quæ agnoscit, uniuersa quæ gesta sunt à protoplasto Adam usque ad Christum, in typo redemptionis humanæ omnia præcessisse. Illa autem plebs, quæ ista omnia agnoscere contempsit, hoc illi eueniet, quod presenti loco nox dei Christi minatur. Quæ dum Christum in propria uenientem suscipere ren- Ioan.1.b
 nuit, tradita est saeuissimis regibus, de proprio solo lugens egressa, as-
 bunt post uestigia uariarum gentium gregum, uiolenter trahentium
 se, & pascitur doctrinæ suæ cibo, circumcisionem tenendo, siue legem Math.23.c
 Moysi, filios suos hœdos a sinistris segregandos, iuxta tabernacula
 pastorum: Horum proculdubio Regum uel Principum, in quorum
 regno & potestate tradita est: quorum tabernacula, ritus diuersarum
 religionum intelliguntur. Qui sicut pastores nuncupantur ab eo, quod
 populos circumspetione sua, uel legibus monitis que, siue alicuius
 doctrinæ cibo pascant: ita & tabernacula eorum, templa & luci ido-
 lorum intelliguntur. Vbi ita credunt se habere confugium obsecran-
 do cineres mortuorum, quemadmodum à tempestate sub frondium
 tuguria pastores brutorum animalium confugere adprobantur: quæ
 tabernacula moris est appellari. Et ideo iuxta tabernacula, & nō intra
 pascere hœdos suos supradicta gens memoratur. Quia cum uidetur
 idololatrijs minime deseruire, tamen similes filios pascit: quos nesciet
 Christus in die iudicij. Et cum se extollit legem Moysi, & ritum cir-
 cunctionis custodire, iuxta est impietatem eorum, qui idola colunt.
 Quicunque enim non confitetur Christum verbum patris, uirtutem
 patris, sapientiam patris, dexteram patris, cū sinistris deputabitur. Sic
 igit̄ & pastores, qui propter lucra præsentia, peruersa doctrina profi-
 tentur se animas pascere, qui in superbia eleuati, in iudicium diaboli
 inciderunt: ubi erit fletus et stridor dentium. De quibus dicit deus
 per Ezechielem prophetam: Væ pastoribus qui pascunt semetipso, 1. Timo.3.b
 qui turpia lucra, & uanæ gloriæ laudem sectando, a principe bono pa-
 store Christo recessentes, conuersi sunt in uaniloquium, & de fundata Math.8.b
 domo fidei super petram, egressi, fecerunt sibi tabernacula, quæ non
 erubescant singuli suo nomine ecclesias appellare: Et in tot partes scin-
 dunt unum gregem Christi, quot in toto mundo scismata & hære-
 ses numerantur. Et in tot membra unum pastorem diuidere mo-
 liuntur, quantæ diabolicae doctrinæ, & quot hæreticorum auctores
 surrexerunt: cum dominus noster Christus dixerit: Vnus grex, & u-
 nus pastor: Et dixerit: Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam
 meam. Qui agnos quidē de grege domini nostri Christi suæ uocis do-

d in strina

Ioan.10.c
Math.16.c

Ezech.34.a
Hiere.23.a

Math.7.d

COMMENTARIORVM APONII IN

ctrina seducunt, sed hœdos efficiunt, gehennæ ignibus mancipandos. Quod malum perfecta anima, presenti loco, omni modo cauere mone tur dicendo: Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere & abi post uestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastore.

Potest nanque & ita intelligi, quod dicatur ei: Tu pulchra amica, quæ dono scientiæ decorata es, & inter alias animas casta, iusteç ui uendo pulchrior effecta es, nolí ocio torpescere in scrutando testimonia eius, qui te suo amoris sociauit, qui te alijs speculum sapientiæ donis cumulauit, qui te caput suæ plebis forsitan aut posuit, aut esse permis

^{Psal. 118} sit: quia beatos asseruit propheta, qui scrutantur testimonia eius, & in toto corde exquirunt eum. Iccirco agendum est tibi, ut quem consti

^{1. Reg. 15. c} tuit, non frustra constituisse se, pœnitentia: sicut Saul regem: de quo dicit: Pœnitent me unxisse Saul in regem. Hoc itaque agendum est isti a

^{Luc. 6. e} nimæ, quæ, siue magni honoris intelligitur inter alias animas, siue inter alia charismata scientiæ, siue in ordine, quatenus pie querendo, solertissime scrutando, non ignoret, de scripturis diuinis & fidei statu, (in qua una potentia diuinitatis in tribus personis clarescit) omni po

^{Gen. 1. d} scenti se, reddere rationem. Non ignoret hominem bonum, a bono deo creatum, per liberam uoluntatem malum fieri, propria culpa, persuadente diabolo: Quem ignorare non debet horum angelum a deo formatum, & per uoluntatem propriam, malum effectum: quem ignorare non debet uincí non posse ab homine, nisi Christi auxilio inuocato. Qui hac de causa suis insidijs hominem persequitur, ne homo amissio eius honore ditetur. Non ignoret, cur a bono deo, quem nullius per

^{Psal. 118} sonam accipere Apostolus affirms, ad eius imaginem & similitudinem homo creatus, tanta uarietas morum, tanta sauitia in hominibus uideatur inserta: Cur diuersarum nationum diuersus corporis color, cur energumeni & alieni sensus, cur cæci, claudi, uel muti, uel diuersis membrorum uulneribus maculati nascantur: & nonnulli homines pulchiores ab artifice facti sunt deo, ut dicit Propheta: Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me, da mihi intellectum ut discam matidatæ tua. Si ergo hæc non ignorauerit supradicta, quæ pulchrior inter ceteras prædicatur, non natura, sed uitio ministrorum naturæ, euenire, per libertatem arbitrij, sauitiaç & crudelitate, omne quod deo contrarium est, esse contractum, procul dubio non omne malum ad creatorem retorquetur. Nasci autem inutile, non creatoris culpa, q[uia] nature constituit ordinem germinandi, sed ministrorum incontinentia, ut dictum est, obuenire conuincit. Qui in alijs seminibus iaciendis, aut plautidis pomiferis surculis potius congruum tempus, q[uia] in hominibus seminandis requirunt: quæ pars utique multo his maiorem curam in ope

In opera seminandi requirit: Secundum ea, quæ dominus ad Moysen præcepit indicanda filiis Israel, quando, uel quam ob causam debeat a coitu coniugis abstineri: & criminè condemnat, quisquis menstruā mulierem contigerit. Quorum præceptorum cōtemptores necesse est ut in sua sobole erubescant. Hæc a deo præcepta sunt, ut non ignoret plebs Christi, quam suo sanguine decorauit, non in passione ignominiae, sed ad sanctam posteritatem homines dispari sexu, masculini & fēminini, in q̄bus imaginem suam & similitudinem posuit, esse creatos. Gen. 1. d
 Nec ignoret similem quidem habere ordinem generationis cōceptus cū pecoribus secundum carnem: sed in anima porro sublimiore sensu & ratiōe præcellere, & eam iam formato corpore in utero, mitti, & nō cū semine, sicut aīalium animę de prauo uiscere effundi. Nec ignoret se imaginem & similitudinem creatoris non in corpore, sed in anima possidere. Nec ignoret animas, quæ inter alias simpliciores sunt, & quibus credulitas sufficit, ore tradita sacerdotū: Quia quod potuit orando, postulandoq; a deo adquiri, potest per ignauiam, insidiante diabolo deperire: sicut multorum regum Israel tradunt exempla. In quibus legi aliquantos bona initia habuisse, et pessimum finem. Si qua ergo huiusmodi anima, quæ monetur ne se ignoret, & pulchrior inter alias conlaudatur, semel de caula rectæ fidei, de grege qui pascendus traditur Petro, fuerit egressa, incipiet post uestigia gregum peruersi dogmatis, de unius in alterius gregis septa discurrere. Et ita sit, ut quicunque unam & ueram doctrinam deseruerit, quotidie multas & falsas nouarum uocum doctrinas inueniet. Et qui forsitan caput erat gregis Christi, nunc in alienis gregibus cauda efficitur: sicut per Esaiam afferuit dominus dicendo: Prophēta loquens mendacium, ipse est cauda. Omnis enim, qui in populo rectæ fidei est, & si inferiore loco uel ordine sit, rectam tamen fidem tenendo proculdubio caput est: a quo capite si recesserit, quamuis magnus inter hæreticos uideatur, loquendo mendacium, cauda efficitur. Et iam non ut ouis, quæ uocem dei audiatur, sed uelut capra oberrans, uestigia peruersorum gregum sequendo, efficitur. Quo modo qui ueritatem in mendacium uertit, circa inuitiles quæstiones ægrotat, & auditores, quos maledicendo nequiores generat, quasi hoēdos iuxta tabernacula pastorum dæmonum, qui sunt auctores Hæreticorum, uenenosis assertionum flosculis pascit. Quis aut sapientium poterit ignorare, inuitatores, doctoresq; hæreseos, tabernacula dæmonū esse? In quorūmentib; dæmones, uelut in tabernaculis, regescere delectant. Nanq; sicut bonus pastor Christus, aīam suam tradendo in mortem, gregem sibi adquisiuit, quem Petro pascendum cōmendat; Ita & malū pastores dæmones, per suā damnationē animarum

Exod. 19. c
Leuit. 20. c

Ioan. 21. d

Esa. 9. c

Ioan. 10. c

Rom. 4. c
2. Timo. 2. d
Tit. 3. c

Ioan. 10. b

Ioan. 21. d.

COMMENTARIORVM A PONII IN

marum congregant greges, cum quibus in æterna morte damnantur. Sunt ergo perditorum gregum pastores supradicti, tabernacula uero illi, in quibus primum hæresim loquitur satanas: greges autem auditores uel amatores eorum; in quibus gregibus non agni generatur, ut retro dictum est, sed hoedii: quos anima ad omne decus creata, pascere dicitur, si ignorauerit se. Certū est enim per Christi doctrinam, in qua

Math. 13, 5. d uerus deus, ueruscq; creditur homo, agnos generari ad dextram in die iudicij conlocandos, ad sinistram reprobatos gehennæ ignibus depu-

tandos. In quorum consortium adgregandam minatur dei sermo per

Gen. 1, 4fectam animam in sapientia uel scientia, si ignorauerit omnia sepe di-

cta, quæ in ea creator contulit per naturam, eam ad suam imaginem et similitudinem fabricando, eam sensu & ratione ditando: per quē sciat adipetere bonum & respuere malum, per quem rationabilem sensum creatori suo præbeat auditum, contemnat diabolum, deo se præbeat uehiculum humilitatem diligēdo, diabolum fugiat nequissimum as- censorem execrādo superbiam. Nam unusquisq; ascensor, ad suā pos-

sitionem uel patrīam quasi uehiculum quem ascenderit ducit: Deus uidelicet ad celorum regnum. Diabolus in infernum. De his em̄ duo

bus ascensoribus euidenter declarat scriptura diuina. Deus siquidem

Esa. 66, 2 ita dicere legitur per Esaiam prophetam: Super quem requiescam, ni-

si super humilem, & mansuetum, & trementem sermones meos? De

Eccles. 10, 2 diabolo uero ita præcipitur per Salomonem: Si spiritus, inquit potes-

statem habens ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris ei: hoc est:

si ascenderit per cogitationem cordi tuo hortando ad crimen, arbitrij

tui stabulum, bonæ uoluntatis locum, crīmē perficiendo ne dimittas.

Quantumuis enim calcium suorū stimulis intra stabulum boni pro-

positi animi latera in cogitationibus uerberet, nequaquam tamen per

campos scelerum habenis eius, uerberibusq; acta, crudelissimi exēpli

sui innocēti importabit interitum: Sed laudis frena reparatis uiribus,

deum protectorē suscipiens, iugalis effecta spiritus sancti, quæ possit,

imo' quæ mereatur ægrotantibus (cæteris) animabus cœlestem medi-

Luc. 8, 2 cinam perferre: simplex facta illis, quos dominus Christus bonos per-

Aba. 3, b ciuitates uel castella miserat ad prædicandum. De quibus Abacuc: As-

cendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ salus. Quos Apostolos uel

Euangelistas intelliȝi, nullus sapiens dubitabit. Hæc ergo sæpe dicta

perfecta anima, uoce sponsi terribilibus admonitionibus conturbata,

cum dicit̄ ei: Si ignoras te o pulchra inter mulieres, h̄ec & h̄ec uenient

tibi: Porro melior esse effecta ostenditur, in pulchritudine, in potētia,

in uelocitate. Nam cui prius dictum est pro ultima nota: si te ignoras,

pasce hoedos; nūc eius pulchritudo, uirtus, & uelocitas sic admirabilis

facta

facta est, ut magnis similiter personis, in quibus ipse sedet & equitat Christus, quantum eam humiliandam minatus est si se non agnouisset, cur uel a quo sit creata, tantum laudibus digna est exaltari, postquam salutaribus monitis erudita, proficit in melius, dicendo:

Equitatu meo in curribus Pharaonis ad similitudinem amica mea.

Vt nos doceremur quantum dei correptio ualeat, siue illius quem sua uice ordinat Christus. Habet equos, habet equites, habet & currus dominus Iesus Christus quibus uehitur. Magnus ille Helias propheta uectus est currus quasi ad coelum: Equites aduenierant in auxilium contra Assyrios Heliseo in Samaria: Equos uidit missos perambulare omnem terram Zacharias propheta. Quibus amicam suam, id est, perfectam animam, dei comparat sermo. Qui autem qui praedicti sunt, uidentur mihi uertutes esse angelicæ: in quibus ante incarnationem domini uehebatur spiritus sanctus multipliciter: quia secundum ipsius salvatoris sententiam idem dicentis, deus spiritus est, & spiritus ubi uult spirat. Quibus equis sociati coniuncti intelliguntur Apostoli, simul & illi, qui succedunt in eorum locum uel ordinem: qui sedentem super se spiritum sanctum, multiplicem gratiam impetrantem, portant deum in corpore suo: & discurrent, non quo uitia traxerint & diabolus, persuadendo illecebram: sed quocunq; ducti fuerint eius habenis, confirmante Apostolo Paulo: Quotquot spiritu dei aguntur, id est, ducuntur, hi filii dei sunt, glorificantes & portantes dominum in corpore uero. In quibus ascensorem dominum Iesum Christum, uel spiritum sanctum, et omnibus gentibus medicinam portaturum, in eis, cum de eius aduentu caneret, propheta Abacuc (ut retro iam dictum) adnuntiavit. Ascendes, inquit, super equos tuos, & reliqua. In quibus equis uel quadrigis sedens Christus redemptor noster, loquens in Apostolis, acutissimo gladio uerbo suo, expugnat exercitum demonum, qui super impios reges uel philosophos, magicarumque artium doctores equitabat, & de singulis, secundum uirium qualitatem, currus, equos, uel arma fecerunt: per quos suo creatori bellum inferre adtentabant, deorum sibi nomina usurpando. Sed redemptori nostro triumphanti per crucem, omnes currus & equites, omnisque ceterua principis mundi cessisse probantur: qui sibi de populo captiuo (ut diximus) currus & equites & arma fecisse comprobant. Et quicquid inuisibiliter ante eius aduentum moliti sunt, nunc in eius passionis triumpho, per Iudam & principes sacerdotum, per scribas, & Romanam cohortem militum, uisibiliter exercuisse monstrantur. In qua turma aerium potestatum, proculduo princeps mundi ductor fuisse monstratur: qui per crudelissimos persecutores supradictos, ita Apostolica castra turbauit, sicut carneus

4. Reg. 2.b

4. Reg. 6.d

Zach. 6.a

Ioan. 4.d

Ioan. 3.a

Act. 2.a

1. Cor. 6.d

Rom. 8.c

1. Cor. 6.d

Abac. 3.b

Math. 26.c

Marc. 14.c

Luc. 22.c

Ioan. 18.2

Exod. 14.b

Pharao

COMMENTARIORVM APONII IN

Pharaō, populum Israēl cum curribus & equitibus persequendo;
 Israēl castra turbasse refertur. In hoc ergo prælio tam funesto, uidetur
 mihi principes sacerdotum, equorum & currum uices egisse: qui
 primi in tanto scelere cucurrerunt, & post se omnem crudelium turbā
 pro curribus traxerunt, clamantes: Crucifige, crucifige talēm. De quibus
 currus fabricasse probatur aērius Pharaō diabolus; super quos se
 dens, domini corpus in mortē egit. In quo currū cariosum fragilem
^{Math. 27.c} temonem Iudam aptauit, primū omnium laqueis cōfringendum. Hī
 enim qui multitudine criminum nimis uolubiles sunt in malicia, cursus
 Pharaonis principis mundi effecti sunt. In quib⁹ princeps mundi
 cum suis ministris in malis operibus equitabat: siue hoc de retrodi-
 ctis philosophis intelligas, siue de crudelissimis regibus, uel de magis-
 carum artium inuentoribus, siue de illis qui dominum Christum ege-
 runt in crucem, siue de his qui eius martyres diuersis trucidauerūt tor-
 mentis. Nunc autem redemptore nostro domino Christo pugnante,
 et uincente principem mundi cum exercitu suo, liberati de manu eius,
 Apostolorum collo doctrinę tracti, dominum portant. Et in quorum
 mentib⁹ immundi sp̄ritus insidere consueuerant, equitantes per fa-
 cinorum campos, nunc domini equi effecti per gratiam regenerationis,
 spiritum sanctum uehere comprobantur: Per quos, mox ubi in insidijs
 inuenerit inimicum eorum qui adhuc paruuli sunt ad peragen-
 dum bellum, sub currus, uel saepe dictis equorum proculcat uestigij:
 Sub eorū scilicet, pro qbus orat beatus Paulus ap̄ls dicens: Deus domi-
 nus noster conteret satanam sub pedibus uestris uelociter. De quorū
 ceruicibus deicto iniquo sessore, iubentur domino se præbere uehicu-
 lum, cum ait: Glorificate & portate dominum in corpore uestro. Per
 quod sacramentū redēptionis nostræ coepit aērius Pharaō suis cur-
 ribus conteri in cunctis adiuventionibus & calliditatibus suis, dum sa-
 pientia mundi à suis quibusdam philosophis uincitur: qui uelocitate
 sapientiæ cursum mutauerunt potius quam amiserunt. Mutatis enim
 doctoribus (ap̄olis) uelocissimis dæmoniacis equis, uelociores necesse
 est efficiantur: & mutato magno sessore prædicto, magni efficiantur
 equi. De illis ergo potētibus in malicia, qui per doctrinam ipsius
 credentes liberati sunt à malo sessore, portant sp̄ritum sanctum. Et in
 quibus solebat sedere Pharaō (qui disperdens uel dissipans eos inter-
 pretatur: qui utiqz princeps intelligit mundi) nunc uehitur in eis prin-
 ceps coelestis militiæ Christus. Et quos consueuerant autores uitiorum
 ministri antichristi, trahere per saxosa conuallia criminum, nunc à po-
 tentibus & mansuetis equis Apostolis, uitæ exemplo, & sana doctrina
 trahuntur per iustitiæ campos: In quibus rotæ sunt uoluntas & ratio-
 nabilis.

^{Mar. 15.b}
^{Iean. 19.c}

^{Rom. 16.c}

^{1. Cor. 6.d}

nabilis sensus, temones agens officium: per quem aut Pharaonis, aut Christi unusquisque efficitur currus. Et quam sint splendidi, ueræ conscientiæ auro obiecti, quam resplentes in omni sancta conuersatione hi, qui ex Pharaonis Christi effecti sunt currus, et uidenter agnoscitur, ubi eos domini equi trahere adseratur. Quibus etiam pro sublimi laude animam suam adsimilat Christus dicendo: Equitatu meo, & reliquo. Quam plebem ostendit per omnia similia bella perpessuram in Apostolis, uel in eis, qui currus effecti sunt dei. Et similem eam gloriam post triumphos manere, in se domino Christo uel spiritu sancto multiplicis gratiæ largitore: cui est gloria in secula seculorum.

FINIS LIBRI SECUNDI.

COMMENTARIORVM D. APONII IN CANTICA CANTICORVM LIBER TERTIVS.



Vam pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.

Post oscula sancta suscepta, post omnem lætitiam retro dinumeratam, post pugnam prædictorum filiorum matris, post agnitionem sui, cur, aut qualis, uel a quo creata sit, post uirtutem equitatu dominico comparata, nunc initia pulchritudinis præ cæteris membris a genis Ecclesiæ nossci docemur: & hæc pro magna laude turtuti comparatur: ut per ænigmata habitatione eius a perturbatione seculi istitis tumultuosa, prolongandam ostenderet. Hæc enim pulchritudo generum (quæ castitatis rubore, & uerecundiæ candore decoratur) faciei Ecclesiæ, duo contraria quam maxime probatur habere, hoc est, frequentiam populosum, & cupiditatem præsentium rerum, appetendo plus quam necesse est. Quod si ad magisterium formicæ ad ultimam notam doceñdus mititur piger, qui peccatoris futuram uitam non cogitantis significat figuram, nihil mirum, si eorum persona, qui faciem Ecclesiæ exornant, turturi comparetur: quæ sola præ cæteris aibis remota a frequentia hominum diligit incolere loca: & ibi construit nidū, educatque pullos, ubi hostis eius aut nunquam, aut uix habet accessum. Quid utique fugiendo malorum consortia, respundo quicquid pretiosum in presenti cernitur uita, sancta anima, quæ amica a uerbo dei appellatur, eo modo cognoscitur facere coelestem problemam doctrinæ suæ sermone genitam: & uitæ exemplo nutritam transmittit ad cœlum. Nam tur,

e n tur,

tur, de qua sermo præcessit, tantæ castitatis ab eis, qui naturas atq[ue]m
descripsierunt, esse narratur, ut præter unum coniugem nesciat. De
quibus si alter defectus fuerit, alteri iam nunquam alia societur: sed
in omni uita proprium coniugem amissum desiderando requirit.
Cui ergo per castitatis & uerecundiæ decorem Ecclesia in genarum
pulchritudine congrue comparatur. Hæc quidem secundum ordinem
historiæ dicta sunt: sed opinor præcessiorem sensum in hac com-
paratione latere. Nam mihi uidetur illius turturis pulchritudini ges-
nas Ecclesiæ comparari, de qua in octogesimo tertio Psalmo Prophe-
ta dicit: Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi
ponat pullos suos. Vbi figuram spiritus sancti in passere, & inmacu-
latæ carnis adsumptæ, in turture nominatam, nemo sapiens ignorat.
Tunc uidelicet Ecclesia in genis, quæ oib[us] in propatulo sunt, &
bonis & malis, ab utrisc[que] pulchra laudatur, quando adsumpti homi-
nis Christi per castitatis maxima bona quantulumcunque in simili-
tudine traxerit. Tunc pulcherrimum totum Ecclesiæ corpus certi-
tur, cum uerecundus genarum aspectus, per pudicitiæ gloriam ab im-
pijs admiratur. Tunc enim imagine uirtutis ab hostibus suis castitas
prædicatur, cum eam impugnantes uincere non potuerint. Nam si
cut membra, quæ sunt in capite, si pulchra fuerint, cæterorum mem-
brorum, quæ uestibus continguntur, fœditatem excusant: Ita & illi,
qui per sacerdotalem honorem, membra capitis Ecclesiæ esse noscu-
ntur, plebis negligentia fœditatem, sua castitate decorant. Et è con-
trario, nihil tam deformis, tam abiectum in Ecclesiæ corpore, nisi cunctis
in supradictis membris turpissima uita uel fama cernitur. Et quia san-
cta Ecclesia in suis doctoribus, castitate & uarietate uirtutum, turtu-
ris, id est, Christi, imaginem imitatur, necessario ab ipso laudatur di-
cendo: Quàm pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis; Sequiturq[ue]
Collum tuum sicut monilia. Catenulas aureas faciemus tibi,
uermiculatas argento.

In collo mihi uidentur laudari, qui uerbo ædificationis paruulos ins-
truunt ad salutem, qui spiritalem cibum sermonis, ad cætera corpo-
ris Christi membra, quibus credulitas sola suffragatur, quæcunque
obscura interpretando, transmittunt. Qui per doctrinam auream, &
per exemplum uitæ gemmeum, in Ecclesiæ collo ostenduntur. Moni-
lia nanç[que] gemmarum ornatus dinoscitur. Sed ut pulchrior fiat earum
aspectus, auri materiam necessariam habent; per quam connexæ, in
suo teneantur loco. Hoc & ipsum naturæ nostræ ingenium, quod in
similitudine gemmæ de lapideo corde exciditur, necessarium habet ful-
gentissimum sancti spiritus adiumentum: per quem noui & ueteris te-
stamenti

stamenti uerba legis diuinæ, quæ prænuntiauerunt uel ostenderunt saluatorem mundi uenisse, cōcatenata, quasi una ueritatis catenula sermo effectus, gemmeis animarum transiectus mentibus, per concordiam fidei, per unanimitatis sensum, Ecclesiæ collum decorat. De quibus uerbis uel sensibus nūc sp̄ritus sanctus ait, immo trinitas ipsa inseparabilis, ad prædictam animam. Id est, inter ipsa prophetica ab spiritu sancto manantia aurea uerba, quibus circundatē animæ, pulchrū præstant aspectum, argenteus sensus intelligentiæ rationalis emicet intersertus (qui sermo prophetiæ conceptioni, qui nativitati, qui passioni, qui resurrectioni, qui ascensioni in cœlum, qui regressioni ad iudicandum terram saluatori conueniat (ut dictum est) intersertus) argenti uermiculatione coruscet. Tribus quidem istis, gemmarum, aurī & argenti, materijs, nescio si qua in suo collo uta nobilis seculi mortalis sponsa (In quo utique ornameuto, decorari uidetur monili, si interfatur uilior argenti materia.) Sed his, qui ad animæ ornatum trahuntur, necessarium est tribus materijs sponsam uerbo dei ornari: per cogitationem scilicet, limpidissimam gemmam, & sermonem ueritatis auro rutilantem, & opera iustitiæ argenti candore micantia. De quibus ipse dominus in Euangelio auditoribus dicit: Sic luceat Math. 5. b lux uestra coram hominibus, ut uidentes opera uestra bona, glorificet patrem uestrum qui in cœlis est.

Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

Aliquantulum scilicet per Ioannem Baptistam præparatorēm sponsæ, doctrinam pulchritudinis est adepta Ecclesia: & in lamentatione infantum, uelut angusta stola induita, recumbentem in domo Symonis leprosi, per lachrymas poenitentiæ meretricis, Christum inuenit, & mentis suæ nardum gaudet dedisse odorem: Quæ fuso uasculo nardi super dominum, ostendit eum & indultorem criminum aduenisse, & gloriosam eius sepulturam ostendit futuram. Quæ cum à diabolo, qui odit poenitentes, ore Iudæ traditoris fuisset uituperata, uoce Christi magis laudibus meruit exaltari. Cuius memoriam ad exemplum poenitentium, uelut quoddā gloriosum fertile semen, in toto mundo p̄dixit spargendā. Quæ eius sepulturam significādo, ostendit sedecim Prophetarum, in lege ueteris Testamenti loquentium, medico animarum aduentante, completa esse præconia. Et Vetus Testamentum in sedecim prophetis, & Nouū p̄ quatuor Euāgelia, octo beatitudines, p̄fērētia, in se cōplexa est, Christi sepulturā p̄ suā penitentiā portēdendo, eo q̄ speciebus arte pigmētaria mixtis oleo, cōficiit nardus. i. uiginti octo & sedecim prophetis, q̄tuor Euāgeliorib⁹, et octo beatitudinib⁹.

Math. 26. 2
Marc. 14. 1
Ioan. 12. 2

Math. 5. 2

e ij recogno

COMMENTARIORVM APONII IN

recognoscas, quem Ecclesia per pretiosam nardum impletum dedit odorem. Quae nisi Christum regem incubantem in infirmitate carnis reperisset, nec mentis suae dedisset odorem, nec angelis coelorum latitudinem exhibuisset: quibus gaudium est poenitentia peccatoris; nec domini regis digna fuisset uoce laudari: quae non sine mysterio concurrat ad suffragia regis in humilitatis accubitu recubantis, antequam exaltatus sedeat iudex: & quicquid super eam diabolus onerauerat criminum, paulatim ignis poenitendo purgauit, ac fontibus lachrymarum extinxit. Et hoc tunc fecit, quando eum, ut est uerbum patris, uestitum hominem, cum alijs hominibus escam sumentem inuenit. Intellexit enim excelsum, quod cum patre unum est, de illa altitudine deitatis descendisse (& humiliando se, recubuisse super abiectam carnis naturam) in domum, hoc est, in terram istam, quae techo tegitur celo, quae per peccatum primi hominis facta est domus leprosi. Nulla enim tam foecissima lepra, quam nota peccati, quam fecit projici a facie dei. Quam domum suo ingressu mundauit, sua refectione sanctificauit: & suscipiendo meretricem poenitentem, & indulgendo crimina, ipsum leprum dominum dominus se docuit emundasse. Ecce quibus beneficijs, & qua benignitate regis, mens humanae naturae, poenitentiae uel bonorum operum tantae suavitatis dedit odorem: qui totam dominum praedictam impleret, & totum laetificaret cum habitatoribus tugurium. Tria sunt scilicet, quae in isto odore laudantur, ungerendo, rigando lacrymis, & osculando domini pedes. In quibus prima laus est Ecclesiae bonitatis unum confitendo deum: qui testimonio Christi solus est bonus, qui erat in ore prophetarum. Secunda laus est disciplinæ, uicicum filium credendo dei: super quo, testimonio Esaie Prophetæ, disciplina pacis nostræ florens, germinans fructum, in uirga Aaron ad nos transfusa est, in figura Aaron adserentis: (alia) Disciplina pacis nostræ super eum, & uulnere eius sanati sumus. Quae disciplina, paterno affectu inuitando ad laetitiam regni celorum, terrendo æternis tormentis gehennæ, per quatuor Euangelia germinauit. Tertia uero odoris est laus scientiæ, & cognitio spiritus sancti, qui odore uitæ, octo beatitudines emanauit: qui in terra recta, id est, uiuentium, doctor esse probatur. Clamante Davide ad dominum patrem: Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta. Quae tria omnium bonorum fundamenta esse probantur: Quae in se Baptismum, Poenitentiam, & Martyrium continere docentur. Quae tria gloria, de supra dicta Trinitatis confessione, Ecclesia gaudet in se quotidie fundi. Cuius vox est per Prophetam in centesimo decimo octavo psal. ut in se ista tria conferantur quotidie dicendo: Bonitatè & disciplinam & scientiæ doce me, q[uia] m[od]estus

Marc. 10. c

Esa. 53. b
Num. 17. c

Math. 5. a

Psal. 142.

Psal. 118.

datis tuis credidi domine. Quam si diabolus uidit innumerabilibus charismatū monilibus ornatam ditari, & omnium dulcium blandimentis præsentis uitæ contemptis, ad unam illam æternæ lætitiae dulcedinem festinantem, innumerabiles amaritudinum immisiones, tam per seqꝫ per satellites suos, per momenta immittit. Sed q[uod]a deus noster redemptor in medio eius, & semp non cōmouebitur de uestigio ueritatis, neqꝫ perturbatur propter super se inruētum impetus impiorum, q[uod]a omnia & in omnibus Christus. Nam etsi amara pro Christi inferante amore, indulgescant tñ spe futuræ lætitiae sempiternæ. Ideo sequit[ur].

Coll. 3. b

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea com
morabitur

Myrrha siquidem amara interpretatur: quæ in se salutarem significat disciplinam, quam in Christo suscepit Ecclesia: quæ pro eius nomine in diuersis membris, diuersas tormentorum amaritudines tolerando, fasciculus myrrhæ efficit ei Christus. Arbor igitur myrrig, de qua multis infirmitatibus corporis profuturus gignitur succus, similis sa-licis subtilissimis contortisqꝫ uirgultis, in modum fasciculorū ramiculos, ab eis qui arborum naturas descriperunt, proferre adseritur. Hæc igitur prædicta anima, ubi per auditum æternæ uitæ dulcedinem gustus accepit, in spōsi aduentum multimodas & amarissimas passiones, pro eius nomine inlatas, non sentit: hoc est, carceres, exilia, proscriptiones, rerum presentium nuditatem, famem, sitim, uincula, cedès iniustas, ignitas laminas, imbræ lapidum, improperia, pericula, naufragia, præcipitationem profundī, flagellarum plumbi uirgarumqꝫ pœnarum aculeos, & alia multa, quæ dinumerare perlongum est, suscep̄ta cum magna lætitia, dicit: Fasciculus myrrhæ dilectus meus. Multas utique infirmitates, diuersa uulnera, innumerabiles animæ morbos medendo, per multimoda medicamenta, correptiones, & ferramentorum exempla, necnon disciplinæ penicillo, fasciculus myrrhæ efficitur Christus Ecclesiæ. Cuius uox est in centesimo secundo psalmo: Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributio-nes eius: & reliqua, usque destoꝝ. Cum ergo ad multas infirmitates a diabolo infictas, sanandas, multas a deo correptiones patienter per-tulerit anima, uel diuersas (ut supra dictum est) pro eius nomine inlatas, gaudens sustinuerit passiones, fasciculus myrrhæ eius efficit Christus, ad oēs uitiorum morbos de eius pectore expellendos. Tunc iam mundum, & cum orationibus paratum hospitium diuinum, ut ipsa iam magna fiducia Christū inuitet in cordis sui recessum, dicētem in Euāgelio: Qui audit sermōes meos, & facit eos, ego & pater ueniemus,

Ioan. 14. b. &c

ad eum

COMMENTARIORVM A PONII IN

ad eum, & mansionem faciemus apud eum. Ecce quibus modis inter ubera amicæ, hoc est, animæ sibi placitæ, commorari probatur. Ecce quo ordine, Christum inter sua ubera Ecclesia commorari lætatur. Inter illos proculdubio egregios uiros, qui proestate, uel pro posse fabilitate ingenij, laetæ doctrine sue spiritali, paruulos nutrunt (de quibus ipse dominus dicit: Si duo uel tres cōuenient super terram, quicquid petierint in nomine meo, fieri eis: & ubi congregati fuerint duo uel tres in meo nomine, ego in medio eorum sum) Id est, ea imperando quæ per gradus prouocent ad cultum diuini operis, & non in desperationem adducant: sicut fecisse alio Concilio Apostolos actus Apostolorum commemorat, scribentes in Antiochia discipulis adhuc paruulis in Christo. Non uobis, inquit, amplius pondus imponimus, nisi ut abstineatis uos ab immolatis idolis, a fornicatione, a suffocato & sanguine: & hæc custodientes, bene agetis. Valete. De quibus uberibus unus, auditoribus suis dicit: Lac uobis potum dedi, non escam: & reliqua. Inter alia etiā media uberum Christi commorari lætatur. Quod si Ecclesiæ caput effectus est Christus, quid mirum si & commorator menti efficiatur, ubi uicina sunt ubera? Nam si Ecclesia unū corpus cum Christo effecta est, cuius in capite dicimus ubera Apostolos debere intelligi per Euangelistarum Apostolorumq; doctrinam, non erit incongruum Patriarchas & Prophetas, etiam Ecclesiæ ubera nuncupari. In quorum medio transfiguratus in monte Iesu, dilectus Ecclesiæ, inter Moysen patriarcham & Heliam prophetam, in futuram gloriam Ecclesiæ manifeste esse probatur. Nunc autem per unionem dei & hominis adsumpti, diuinitatis & humilitatis, æternalis & temporalis collegium, uestus & nouum duo testamenta, alterum quod promisit, alterum quod promissum Christum ostendit, Ecclesiæ ubera cognoscuntur: in quorum medio Christus commorari probatur.

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in uineis Engaddi.
Prae omnibus terris insula Cyprus miræ magnitudiniis bottros uaregnere fertur: cuius magnitudinis ille botrus, qui a duobus iuuenibus de terra repromotionis in desertum perlatus fuisse legitur: qui omnimodo figuram adsumpti hominis Christi redemptoris nostri signabat. Qui utiq; pro loco, uel tempore, uel causa, esca & potus Ecclesiæ factus est per corporis sui & sanguinis sacramētum. Cyprus uero tristitia uel meror interpretatur: Engaddi, sons hedi. Est ergo botrus Cypri amicæ suæ Ecclesiæ, dum peccatoribus tristitiam uel merorem penitentiæ in mentibus seminat, ut eos ad illam beatitudinem sublimet, de qua ipse dixit in Euangeliō: Beati qui lugent nunc, quia ipsi consolabuntur. Qui ut ille quem diximus botrus, a duobus portatus iuuenibus

<sup>1. Cor. 3. a
Hebr. 5. d
Math. 18. c</sup>

^{Act. 15. e}

^{1. Cor. 3. a}

^{Ephe. 1. d}

^{Math. 17. a}

^{Num. 13. c}

<sup>Math. 5. a
Luc. 6. d</sup>

nibus in desertum, ita & ipse a duobus populis, Iudeo scilicet persecuto, & Romano milite imperante, a phalanga in crucis patibulum levatus est. Qui usque hodie tristitiam miseroremque, uitam conferentem aeternam Ecclesiæ generat (ut predictum est) in eis, qui post innumeras congeries criminum, in sinus Ecclesiæ congregantur. Cibum uero spiritalem & potum, botrus predictus in se credentibus quotidie subministrat: his duntaxat, qui congregantur in vineis Engaddi, ubi est fons haedi, hoc est, ubi multarum gentium nationes, quæ vineæ intelliguntur, creatore agnito, destructis conuenticulis incredulorum credentes Christo, habent in medio fontem haedi, qui est sacrosancti baptismatis fons, ubi haedi descendunt, qui erant deputandi a sinistris ante tribunal iudicis, aeterno igni tradendi: Et ascendunt agni immasculati, qui a dextris iudicis congregantur, aeterno regno donandi. Nā certum est unum esse fontem baptismatis in toto mundo, ubi trinitatis aeternæ inuocato nomine tincti sanctificantur, ut ex haedis agni efficiantur. Certum est enim, ut sicut una gens Iudea per notitiam legis diuinæ, uinea domini nuncupatur: ita & diuersæ gentes ad fidem Christi adiectæ per Apostolorum culturam, id est, doctrinam, multæ uineæ appellantur. In quarum medio, ut dictum est, sancti baptismatis fons est aquæ, ad quem haedi adueniunt ut agni efficiantur. Fortis enim baptismi propter peccatores est constitutus, qui haedi sunt appellati: non propter iustos, qui lauari non indigent. Iusta ergo ratione fons haedi lauacrum sanctificationis intelligitur: qui non propter iustum, ut praediximus, sed propter peccatorem populum a Christo in praefatis vineis est productus. Quæ uineæ Engaddi non uinum, sed balsama gignunt. Engaddi uicus est praemaghus in terra Iudea, iuxta mare mortuum: quæ terra figuram tenet terræ uiuentium: ubi sunt uineæ balsami. De quo uico, multi reges transplantauerunt arbustulas balsami in alijs locis uel terris, & penitus radicare aut uiuere nequivierunt. Vnde factum est, ut in eodem loco, uel in eisdem finibus magnum studium adhiberetur a regibus in plantandis uineis gignentium balsama. Et quæ sit causa ut in nullo cespite haec prouenant uineæ nisi in sola Engaddi, operæ pretium est intelligere. Reor hunc succum harum uinearum, unius fidei confessionem intelli typum fetiere, in qua spes consistit fidelium, in qua singula medicinalis odor botius Christi, uisam mortuis animabus reddens, germinare probatur. De qua confessione, quæcunque gens uel anima, a malis cultoribus haereticis decepta, transplantata fuerit, arescit. Quod multis animabus eueniisse probatur: quæ se, ab unius uerissima prædictæ confessionis fide euulsæ & a refactæ gehennæ pabulum præbuerunt. Nam sicut corpus sine esca et

COMMENTARIORVM APONII . IN

Math. 5.2 potu subsistere non potest, ita Ecclesiæ uoce declaratur, sine botro, qui est Christus, æterna uita de celo descendens, aiam uiuere non posse: quod in nulla alia terra, nisi in terra re promissiōis, in nulla alia uinea, nisi in uineis Engaddi, ab esurientibus & siti entibus iustitiam, inuenitur, id est, in nulla congregatiōne hæreticorum, in nulla secta philosophorū, in nulla adulatio ne schismaticorum; ubi si transplantatus fuerit aliq. deceptus peruersitatis suæ fama, deperit a refactus.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: Oculi tui columbarum.

Post genarum & colli decorēti sponsæ oculorum pulchritudo laudatur: & geminato præconio ab sponso, & totius corporis pulchritudo, & lumina columbarum oculis comparantur. Et illi creaturæ comparentur, quæ mansuetudine, fœcunditate, acumine uisus, uelocitate peniarum, omnibus penè aligeris animantibus præstantior inuenitur. Oculi ergo duces totius corporis esse probantur: sine quibus aut non potest incedere corpus, aut uix offendendo incedit. In quibus sacerdotes recto ordine intelliguntur, quibus sacrosancta mysteria commissa sunt. In quorum fide decoratur Ecclesia, in quorum uita immaculata repetitis laudibus Ecclesia sublimatur. Pulchra nanque est mundissimam deo conscientiam exhibendo, Pulchra est, inimicis & alienis à se de Christi, irreprehensibilem conuersationem monstrando. Adducitur & tertia pulchritudinis laus in acumine oculorum. Columbarum enim natura, super illa quæ diximus & hoc peculiare habere probatur, ut hostis aduentum post se de longe, ante se in aqua speculet. Cuius utiq. in sacerdotum commonitione sermonis, accipitris aduersarij diaboli insidias populis prædicando, pulchritudo laudatur.

Cor. 11.2 Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectus noster floridus. Non potest quis cuiuspiam, quem minime diligit, decorēt laudaret nec potest eum, cuius moribus non concordat, diligere: sicut beatus Apostolus Paulus docet: Nemo, inquit, potest dicere in spiritu, anathema in Iesu: Et nullus dicit dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto. Ille ergo pulchritudinem speciemq. dilecti filij dei, & uidere potest, & laudando extollere, qui sanctis operibus spiritum eius in sua retinuerit mente. Ideoq. præsenti loco, Ecclesia plena spiritu ueritatis, illo, qui in specie columbae in Iordanē de celo super adsumptum hominem descendit, & pulchritudinem corporis eius sine peccato, & decorēt ueræ animæ sine mendacio & dolo agnoscens, reciproca, genitataq. effert laude, dicendo: Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectus noster floridus. Quamuis scilicet decora facies, uel pretiosa ueritas, speciosum ostendat sponsæ sponsum procul positum, tamen usq. ad lect

ad lectuli coniunctionem cæterorum membrorum decorem ignorat,
 Sed ubi celebrata fuerit legalis coniunctio, & duo effecti fuerint caro
 una secundum sententiam primi hominis (quod sacramentum magis
 ster Paulus Apostolus, in Christo & Ecclesia prælatum adseruit) ita &
 prædicta amica, usque ad sepulturæ diem dilexit quidem desiderando
 eius aduentum, usum osculatumq; laudauit, sed tamē omnis amor, o-
 mnisq; species decoris eius, a tempore resurrectionis, usq; ad constitui-
 tum terminū, et effusionem sanguinis, pro eius nomine peruenisse pro-
 batur. Lectum nanq; floridum, id est, sparsum floribus (ubi eius pul-
 chritudinem decoremq; omnibus membris agnouit) sepulchrū do-
 mini per ænigmata ab Ecclesia intelligitur dictum: ubi pariter corpus
 Christi Ecclesia, & uerbū patris omnia implens, & ubiq; est totus sem-
 per, qui adsumperat corpus, recubasse probatur. Nam non nisi p̄r-
 sentia uerbi, tribus diebus & tribus noctibus caro nō uidit corruptiō
 nem. Floridus autem lectulus iusta ratione prædicat, in quo aromata
 uel aloë, quæ de multis speciebus herbarum succis uel floribus arte pi-
 gmentaria composita, cum Christi corpore intromissa sunt: quibus eo
 resurgente, sepulchrum est aspersum. In cuius doctrina, Ecclesia, id est
 fidelium turba, libertatem inuenit, in morte uitam, in sepultura silen-
 tium, in duris laboribus (quos dæmonum flagris acta exoluebat quo-
 tidie) requiem. Vbi uerus homo per inclusionem corporis, sub impio-
 rum signaculo cōseruatus cognoscitur: et uerus deus de signato sepul-
 chro cum suo homine resurgendo egressus, Vbi sub uocabulo lectuli,
 filij Dei & Ecclesiæ coniunctio celebrata, Vbi cum eo Ecclesia delecta-
 bilem somnum passionis, & gaudium æternæ uigilationis meruit in-
 tenuire: clamante Apostolo ad eius membra: Si mortui estis cum Chri-
 sto, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera patris. Ad
 cuius resurrectionem, & mentes hominum ad habitandū spiritui san-
 cto, & tecta congregationum credentium quotidie præparantur, etiā
 uisibiliter quām innumerabiles domus, Dei filio & Ecclesiæ sine cessa-
 tione omni tempore ampliatur. Et de quibus, qualibus ue materijs fa-
 bricentur, aut quām durabilia sint, uel decora, docuit dicendo:

Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra
 cypressina.

Natura Cedorum semper crescere fertur, nec aliquando finitur ire
 in senectam, secundum illud Psalmographi: Iustus ut palma florebit, Psal. 91.
 & sicut Cedrus Libani multiplicabitur. Quarum arborum succus
 tantæ uirtutis est, ut diuersa corporum membra sanet, uermes ulcerū
 necet, & à muscarum aculeis peruncta corpora defendat. Cuius arbo-
 ris ligno cum aqua uiua & fasciculo hyssopi cocto, adligato in vase fi-
 etili,

Gen. 2.4
Marc. 10.2
Ephe. 5.9

Psal. 15.
Act. 2.4

Coll. 3.2
Coll. 2.4

COMMENTARIORVM APONII IN

Et illi, peccatorum emundatio per aspersionem in ueteri Testamento
 celebrabatur, quod nunc in ueritate per sacerdotem, per baptismum,
 & per sanguinem Christi, qui unius fidei multitudines per fasces cir-
 complexas, a diaboli infestatione defendens, æterna, & intemporalis
 peccatorum remissione celebrari docet. Domus uidelicet dilecti filii dei
 & Ecclesiae, conuenticula populi Christiani, ubi prædicta redemptio
 animarum celebratur, in toto mundo esse noscuntur. Quæ domus de
 doctoribus Apostoli uoce agètibus, uel in eorum cofixis lucis, eorumq;
 doctrinæ ferramentis dolatis, fabricari probantur. Ipsaq; cedrina im-
 putribilia ligna prædictarum domorum intelliguntur, quæ nec subti-
 lissimis nequissimarum cogitationum ariolis, a suo sanctitatis robore
 depereunt, & semper transacta obliuiscetes, ad ea quæ anteriora sunt
 bona opa, sine intermissione extedentes (uelut cedri) quotidie crescunt,
 id est, multiplicatur sanctorum operum fructibus, in adiutorium san-
 ctorum lucris animarum: quorum succus sermonis uel consolationis
 ab aculeis dæmonum animas defendit, & inficta iam olim sordidori
 facinorum consuetudinis uulnera sanat, & nequissimarum cogitatio-
 num uermes interimit. In quibus, tignis ad delectationem habitantium
 domus (recte fidelib.) cedrinis, cypressina laquearea affixa dependet.
 Cypressinum namq; lignum, manu artificis concinnatum, decorè præstat
 aspectum, & odorē iucundissimum reddit, & ad multis passiones cor-
 poris medicinae uirtutem in se continere probatur: quæ castitatem, pu-
 dicitiam, obedientiam, humilitatem, charitatem & misericordiam conser-
 uantium auditorum formam, uenerantium sacerdotum honorem exprime-
 re intelligunt: qui a uerbo doctoris inde sinenter dependent, q; in mo-
 dum camere de iustis laboribus solando, doctorum præsentis temporis
 exornant & contegunt nuditatem, ut prædicta laquearea consertati-
 gnis, domorū abscondit uel opiu nuditatem. Doctorumq; gloria, deuote
 plebis persona probat. Si r & plebis deuotissime gloria, stabilitio firma
 in doctorum persona consistit: cum illi spiritualia dona plebi, & plebs carna-
 lia munera predictis impertit, gloriosæ domus Christo parant. In quibus
 flores sapientiae celestis, & lilia integratatis, per suam præsentiam, ad
 magnam iucunditatē honoris, ipse dñs prædictarum domorum impedit:
 quemadmodum sequenti uersiculo utrumq; se confitetur habere.

Ego flos campi, & lily conuallium. Ante suam incar-
 nationem saluator in angeli persona Patriarchis uel Prophetis loquen-
 do, solus, cui nullus similis inter archangelos, thronos, dominatioes &c,
 omnibus admirandus, singularis flos in toto caelorum campo coruscans
 probat. Qui parte odoris notitiae sue, prout poterant sustinere patri-
 archæ uel prophetæ, & mundus ipse mortalis, semp admonuit, dicen-
 do: Ois scientia p prophetas, p signorū uirtutes, interficiendo impios p
 aquæ

aque diluuiū, et Sodomitas per ignem: p quod insipiētes intelligerēt Gen. 19.^e
 sapientiā, & stulti superbi alīqñ saperēt, super se excelsiore iustum ex-
 oluentem uindictam iudicē commorari. Vbi uero per incarnationis
 sacramentū, huc in conuallem lachrymar̄, inter spinas & cōsortia pec-
 cator̄ descendit, liliū conuallium effectū se esse testat. In qua conualle
 qd aliud, nisi spureissima religio idolatrie, nisi inuidiæ, nisi furor̄, ho-
 micidior̄, p̄, aruspicio, augurior̄, uel fornicatiōum, uel magicar̄ ar-
 tiū grassabantur spinarum syluæ. In quar̄ medio doctrinæ flagratiā
 & exēpli candore Christus ostensus, credentiū turbam q̄tidie liberat.
 Tria igit̄ in se delectabilia, & nimis oculis grata, liliū natura continere
 probat. i. candore, odorem, & ad queç̄ adusta ignibus medicinā. Que
 tria admirāda simili ratione in hāc conuallem mundi dñs adportasse
 cognoscit, hoc est, abolitionē peccati, abstersionē mendaciū, & refriger-
 rī tēpamentum igniū genitaliū, de q̄ nascit̄ amor cōseruandę uirgini-
 tatis. Ex eo uidelicet q̄sq̄s a peccato aliquantulū, uel à mendacio tēpe-
 rauerit, ipsiusadiutorio et exēplo se facere gratulat̄. Amoresq̄ integrī
 tatis seruādḡ uel castitatis in utroq̄ sexu, cuius, nisi glorioſi adsumpti-
 hois, & beatę memorię uirgis accēdunt exēplis. De q̄bus trib̄, p̄dictis
 bonis, ita cecinit Eſa. proph. int̄ cetera: Ideo, inqt̄, disptiā ei plurimos, Eſaie. 53. d
 & fortiū diuidet spolia; qui peccatū non fecit, nec dolus inuentus est in 1. Pet. 2. d
 ore eius, q̄ est mendaciū. Et, Ecce uirgo cōcipiet in utro, et pariet filiū, Eſai. 7. c
 & uocabunt nomen eius Emanuel, i. nobiscū deus. Quē florem campi
 intelligimus dictū, et liliū conualliū, p̄ inmaculati corporis adsumpti-
 onem. Quod sacramentū ad liberandā plebem suā p̄gebit, q̄ nos à diuer-
 sis languorib. diuersa eius mēbra sanarent, ut nauentes aias cibū uer-
 bi diuini, suę odore notitiæ, odoratus ear̄ admutaret, om̄e fastidiū a-
 lijs abstergeret: & cui p̄spicua ueritas nō erat ob lippitudinē oculor̄
 cordis, eius presentiē candore uideret: & q̄ ignitis spiculis fornicatio-
 nū à dēmonib. inflicta fuerāt uulnera, eius sanaren̄ doctrina: p̄ qd̄ spi-
 nigenae aīæ, q̄ acumine neq̄tiæ amicā in prophetis et doctorib. uulne-
 rabāt, in lilio, iucunditatē cōuerterent: de q̄bus Ecclesia nūc coronata
 refulget, q̄r̄ medio amarissimis stimulis p̄ugebat, sicut ipse in seq̄ntib.
 ait: Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias.

Istæ igit̄ amicæ, inter quas Ecclesia ut lilyum inter spinas consistit,
 licet non cum distinctione dicatur cuius sint filiæ, tamen ex eo quod
 spinis comparentur, aduertere possumus, non dei, sed diaboli, per ne-
 quisssimam doctrinam genitas nuncupari. Inter tot enim uenenosas
 spinas, Ecclesia incolit mundum, q̄t dogmate gentiliū, uel hereticoru-
 rio & diuerso ritu, pro defensiōe patris sui, prouocabula homin̄ mortu-
 tuor̄, impugnat Ecclesiam. Sed quæ Christi præsentia agitur, ne ocio
 fūj torpe

torpescat contra hostes armari, impugnari quidem permittitur, ut post pugnam eius fortitudo appareat. Impugnata uero nequaquam permittitur superari. Nam quomodo in toto mundo fulgeret, nisi in magnis cōflictibus pro Christi nomine cum persecutoribus decertas set, & diabolum in martyribus moriendo uicisset. Demonstrauit ergo dei sermo iustorum animas, hoc est, Ecclesiam, inter spinarum aculeos commorari in mundo, ut nihil noui Christianus sibi obuenisse opinetur, cum uariarum spinarum aculeis impiorum se uiderit in corpore uulneratum. Non enim cohabitatione huius uitae, qua innocentes cum alijs inhabitant mundum, sed consortio impiorum, fidelium animae uulnerantur. Nam spinarum acumina non procul positis, sed proximantibus & contrecstantibus se, exitia inferre probantur. Ideo talium consortia in multis scripturæ locis uitare monemur, ipso salvatore dicente: Cauete a fermento Pharisæorum: quod est peruersa doctrina hæreticorum. Et beatus Paulus: Quæ, inquit, societas lucis cum tenebris? aut quis consensus templo dei cum Idolis? aut que cōmunicatio Christi cum Belial? Et prope similiter Esaias: Exite, ait, de medio eorum qui portatis uasa domini, et inmundum ne tetigeritis. Quod autem dicit: Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias: non uituperatione iustorum, qui sunt Ecclesiæ membra, sed laudem demonstrat: ut nos doceret nimium esse laudabile, pie inter impios uiuere, & peruersorum in nullo spinosa conuersatione adtrahi: inter quos iustus quasi lux in tenebris splendere probatur.

Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Heb. 1.2 Sicut igitur ante incarnationis mysterium, multarie, multisq; modis, secundum Apostolum, Dei filius locutus est patribus nostris, uel ostensus est in Prophetis; Sic post predictum mysterium celebratum, multa bona diuersis modis præstando humanæ naturæ, diuersis rebus, diuersisq; comparatur personis pro tempore, & loco, uel causa. Nam secundum Dauid Prophetam, mons Dei est, pro eo, quod plenitudo diuinitatis habitauerat in eo: quem Daniel Propheta, sine manibus abscisum uidit de monte in lapidis forma, implesse crescendo totam terram, id est, sine complexu humanæ consuetudinis, nascendo abscisum de monte carnis naturæ. Est mons uber, paruulis scilicet animalibus apostolica ubera porrigenido. Est mons creatus: Firmioribus nanque solidum cibum tribuendo, cum ait: Caro mea uere cibus est, & sanguis meus uere potus est: & qui manducat carnem meam, & meum sanguinem biberit, habebit uitam æternam. Est uitulus

Math. 16. a
Marc. 8. b
Luc. 12. a
2. Cor. 1. c
Esaie. 52. d

Psal. 67.
Col. 2. b
Dani. 2. e

Ioan. 6. f

uitulus nouellus cornua producens, per duo Testamenta, & ungulas Psal. 68.
 per octo beatitudines, a quatuor Euangelistarum pedibus productas;
 & agnus tollens peccatum mundi, per mansuetudinis impertionem Ioan. 1. d.
 spiritus sancti: ita, ut alios uestiendo, ipse semper abundet. Est, ut dis-
 cтum est, aliquando fasciculus myrrhæ, & botrus Cypri, in uineis En-
 gaddi: ita & pro loco, arborem eum uel malum granatum Ecclesia ap Gen. 3. d.
Exod. 16. b.
 pellauit, pro eo quod arbor uite est, cū diuerso sapore diuersis se per-
 sonis prebendo, sicut illud manna filij Israel in deserto: quod figuram
 eius fuisse corporis & sanguinis nemo fidelium dubitat: quod singulis
 comedentibus secundum desiderium cibi mutabat saporem. Est pro-
 culdubio arbor maligranati, quæ inedia famis affectas aias, sole sub-
 ardente nequitæ fatigatas, sub umbra defensionis suæ protegit ac des-
 fendit: & fructu labiorum doctrinæ, esurientes & sitiientes per suam
 dulcedinem reficit. Sicut etiā secundum historiam, uisibili cibo (ab æ-
 stu diabolico protecta Ecclesia) in quinq; millia populorum in deser- Ioan. 6. b.
 to, quinq; panibus & duobus piscibus gratiæ suæ fructum dulcissimum
 in esuriens eius guttur effudit. Quod utiq; de fructu uirtutis paternæ
 maiestatis participium descendes (tot mensurata de tam paruo cibo) Gen. 3. d.
 quis sapiens poterit dubitare? A paradisi nāq; expulsione, usq; ad uir-
 ginis partum, multis laboribus, & intolerabilibus dæmonum impu-
 gnationibus affecta est humana progenies: que hic sub Ecclesiæ perso-
 na amica est appellata: quæ in eius aduētu, qui dixit: Vénite ad me oēs Math. 11. d.
 qui laboratis & onerati estis, & ego uos requiescere faciā: sub tegmine
 defensionis eius, credendo unum deum, requiescens, læta dicit: In um-
 bra eius, &c. quam dulcedinem regni cœlorum, & beatorum requiem
 nominat: Siue corpus eius & sanguinem delibando uitam æternam cō-
 ferentem, exultans ait: Et fructus eius dulcis gutturi meo. De qua
 dulcedine in alio loco conlaudando hortatur propheta créidentes: Gu-
 state, inquit, & uidete quām suavis est dominus; Et in alio loco: Quām Psal. 33.
Psal. 119.
 dulcia fauibus meis eloquia tua domine, super mel et fauum ori meo.
 De huius ergo arboris fructu, per supradicta, quasi languidus in ul-
 tima infirmitatis desperatione, mali granati succo, in eius aduentu re-
 creata est credentium turba. Qui fructus quotidie per eos, qui Chri-
 sti uices agunt, in guttur Ecclesiæ infundi monstratur: per ea scilicet
 mysteria, quæ nota sunt populo Christiano. Et sic per singulos gra-
 dus profectuum in doctrina, introducit ad archanam intelligentiā le-
 gis diuinæ, ut agnoscere possit oīa illa, quæ in ueteri Testamēto gesta
 sunt, siue pegrinationē Patriarchar̄, siue afflictionē populi Israel sub Exod. 4. 5. 6. 7.
 Pharaone, siue decē plagar̄ uerbera quibus flagellant̄ Aegypti, siue 8. 9. 10. 11. 14.
 divisionē rubri maris, mersionemq; Pharaonis; siue p̄ lignū indulcatā Exod. 15. d.
Exod. 16. b.

amar

COMMENTARIORVM APONII IN

Exod. 17.c amarissimam aquam, siue manna porrectum de celo esurientibus in
 Exod. 32.d deserto, siue aquam de petra, nec non & duas tabulas legis suscepas, di-
 Exod. 25.a gito dei scriptas, constructionem q̄ tabernaculi, Jordanem conuersum
 Iosue. 3. d retrorsum, duodecim lapides leuatos de fundo Jordani, & alios totis
 Iosue. 4. a dem repositos de superficie cāpi, muros Hiericho clamore populi pla-
 Iosue. 6. c natos, ædificium templi Salomonis, ubi uox mallei & securis negatur
 3. Reg. 6. et 7 audita, omnia typos & figuræ ueritatis, redemptionem q̄ humani ge-
 3. Reg. 6. a neris tenuisse, quæ in nobis completa luce clarius demonstrantur. Ar-
 bori autem maligranati dei filium comparauit Ecclesia, quæ fructū
 gratum aspectui, & dulcissimi saporis habet: de quo lassæ languidorez
 animæ recreantur, & medicinam ad multas passiones corporis in se cō-
 tinere & germinare monstratur. Nec enim absq; mysterio pulcherri-
 mi ipsi granorum ordines, diuisis receptaculis, diligentissime fortificati
 gmine circundati, ab iniuria tempestatis consistunt. In quibus utique
 diuersi meritorum ordines, intra Ecclesiæ fidem commorantium figu-
 ra signātur. Quorum multitudo beatitudinis gloria, in uno gaudio re-
 Ioan. 14. c gni cœlorum diuersas obtinet mansiones: quos de Ecclesiæ recte fidel-
 sinu conclusos, latitudo suscepit regni cœlorum: quos de terrena Hie-
 Gal. 4. d rusalem, uisione pacis, uera suscepit pax cœlestis Hierusalem, māter o-
 mnium sanctorum. Quæ utique de prædicta arbore uitæ germinasse
 Rom. 11. d probatur, secundum magisteriū Pauli apostoli: Omnia ex ipso, & per
 Coll. 1. c ipsum, & in ipso constant. Et ut beatus euāgelista Ioannes: Omnia per
 Ioan. 1. a ipsum, id est, per uerbum: & sine ipso factum est nihil. Illud quod dicit
 amica: Sicut malus inter ligna syluar̄, sic dilectus meus inter filios:
 hoc significare uidetur, quod non malicia notentur filij sicut filiæ, quæ
 spiritis sunt comparatae. Vnde igitur illæ diaboli filiæ per uenenosam
 doctrinam genitæ, & isti in statu genuino nobilitatis consistendo, dei
 filij appellantur. Qui licet similem Christo fructum proferre nō que-
 unt, tamen qualemcumq; necessarium germinant fructum: & nequitie
 ramis non sunt armati, nec contingentes se uulnerant. Quorum exula-
 tationem credulitatis in dilecti aduentu futuram prædixit Propheta:
 Psal. 95. Gaudebunt, inquit, campi, & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt
 omnia ligna syluarum ante faciem domini, quoniā uenit. Est quippe
 magna exultatio lignis syltarum, dum conspicūt in medio sui tales
 arborem surrexisse, cuius fructus totam decorauerit sylam, omnes
 abstulerit animarum languores, omnesq; indulauerit fructus amari-
 tudines: sub cuius umbra, omni æstu tristitiae, omniq; pondere pecca-
 ti abiepto, Ecclesia multum desideratam requiem inuentam, & dulcissi-
 mo fructu saginata, adolescētulis animabus adepta gaudia narrat.
 In umbra eius, quā desideraueram, inquit, sedi, & fructus eius
 dulcis

dulcis gutturi meo. Et sic per ordinem ad altiora intelligenda mysteria se introductam esse, dicendo:

Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem.

Ad illam itaq; dulcedinem inuitat adolescentulas, & laudando festinare hortatur, quam Christus propinando docuit, cū ait: Operamini opus quod non perit, sed quod permanet in æternum. De quo opere, meliorem partē Mariam dicit elegisse ad Martham. Et de quo dicit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, & beatæ aures quæ audiūt quæ uos auditis. In quo opere positos, similiter beatificat propheta dicēdo: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirūt eum. Sunt enim testimonia in ueteri testamento legis, quæ Christum humani generis redemptorem probant uenturum, aduenisse, iterum aduenturū in gloria. Ponamus igitur legēm diuinam latissimum esse palatium, in quo rex inhabitat Christus, sermo omnipotētis dei patris, ubi ad eternam militiam introducuntur credentium animæ. Vbi cum om̄es qui introducuntur uni militent regi, tamen quanto quis melius ministrauerit, tanto gradum sibi magis bonum adquirit, ex multa fiducia lateribus regis coiunctus. Hæc ergo regina, cuius persona introducitur loqui, per singulos gradus prospectus suos, quos adquirit in sapientia dei, adolescentulis narrat. Primum uidelicet adhuc uelutī pauidam in capite huius Cantici, uel esurientem cibum illum, quem dixit dulcem gutturi suo, in cellaria regis se introductam lœtaſ: quod diximus multiformem sapientiam dei, ubi a' multorum deorum turpium cultura, ad unius uerū dei notitiam animæ introducuntur: Hic iam multo sublimior facta, introductam se in intelligentiam legis ueteris testarenti dicit, ad consideranda mirabilia, quæ per singulos patriarchas uel prophetas usq; ad partum uirginis operatus est deus: quæ nunc per figuram, cellam uinariam nominauit, ubi introducta, suscepit in se ordinē charitatis, quomodo intelligere debeat omnia quæ carnaliter celebrata sunt in ueteri testamento, spiritualiter in Christi imaginata esse adventū. Et quæ humanis comparationibus de deo in prophetis dicuntur, nō infirmitatē diuinitatis ostendūt, sed ut fragilitas humana possit pro ultibus, diuinitatis magnitudinem contemplari, in trinitatis ordine charitatem domini, secundum Paulum Apostolum in æternū manentem. In quo ordine charitatis, quid aliud credendum est primū imbuī, nisi ut credat & agnoscat primum debere patrem nominari, in quo filius semper ut uerbū in uoce: Secundū filium, in quo semper pater. Tertium spiritum sanctum, qui uera ratione de uoce & uerbo, de patre & filio procedere comprobatur: secundum illud in initio deca-

COMMENTARIORVM APONII IN

Deut. 6.^a
 Math. 22.^d logi: Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo. Secundus ordo
 est: in tota anima tua. Et tertius ordo est: in tota uirtute tua. Deinde
 iam in singulis præceptis legalibus, quomodo uel quo affectu debeat
 diligi proximus, uel singulæ personæ, in Ecclesia charitas ordinatur:
 quæ introducta, non summam intelligentiæ legis diuinæ se adeptam,
 sed ordinatam in se charitatem lætatur (quoniam totius supradictæ
 aulæ regiæ ianua est, æternum, unum, uerum, in unitatis essentia sem-
 per manentem, credere deum) ut nos doceremur, posse quidem omnes
 homines quamlibet charitatem habere, sed non ordinatam. Illos au-
 tem tantummodo ueram, perfectam que, & ordinatam charitatem
 tenere, qui se amore legis diuinæ dignos exhibuerint introduci in e-
 ius intelligentiam, ubi ordinem docuit esse charitatis. Nam nisi à man-
 datis intellexerit dei, quid odio haberí debeat, quid perfecta diligi cha-
 ritate (Sicut ille qui dicebat: A mandatis tuis intellexi, propterea odi-
 ui omnem viam iniquitatis) & cui personæ, quomodo, uel quale offi-
 cium charitatis impendat, inordinata, & non deo accepta ciuius chari-
 tas apparebit. Alio enim ordine reciproca charitas repensanda est
 Rom. 5.^b deo, qui nos, secundum Apostolum prior dilexit, qui in nobis omnem
 summam charitatis per Christum contulisse probatur. Alio ordine
 impendenda est genitoribus, per quos sumus qui non eramus. Alio
 ordine fidi amico, alio ordine charissimo filio, alio ordine fratri ger-
 mano, alio ordine coniugi, alio ordine seruus domino, alio ordine do-
 minus seruo, alio ordine impendenda est charitas ciuii, alio ordine pe-
 regrino, alio ordine agnito, alio ordine sacerdoti, alio ordine propin-
 quis uel proximis. Nam largiri necessaria egenti, infirmo, uel peregr-
 ino, non ad ostentationem laudis humanæ, sed propter retributionem
 æternam, ordinatæ charitatis indicium est. Consolari lugentes, & op-
 pressos iniusto iudicio, uisitare infirmos uel carceri mancipatos, ordi-
 nata charitas demonstratur. In nullo negotio, pro ueritate, hominis
 personam reuereri, misericorditer admonere insipientes, ueracissime
 increpare superbos, charitatis manifestus est ordo. Quisquis autem
 amplius diligit patrem aut matrem, uxorem, filios, uel fratres, aut di-
 uitias præsentis temporis, quam deum, est quidem in eo charitas, sed
 non ordinata: quæ etiam in tempore persecutionis plerunque retar-
 data, quandoque etiam reuocata coronat. Pro Christi autem nomine
 perpeti diuersa tormenta, & pro amore iustitiae pro fratribus anima
 ponere, ordinata charitas demonstratur. Ordinavit ergo dei filius in
 Ecclesia sua charitatem, ut sciat unusquisque Ecclesiæ filius, quo ordi-
 ne unicuique charitatis officium impendat: dicendo in Euangeliō:
 Math. 22.^c Reddite quæ Cæsar is sunt Cæsari, & quæ Dei sunt Deo. Et per bea-
 tum

tum Apostolum Paulum: Reddite, inquit, singulis debita: cui honor^{Rom.13.5.}, rem, honorem: cui timorem, timorem: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal. Non omnes autem, qui Christiano uocabulo nuncupantur, per hunc ordinem charitatis in predictam intelligentiam, quam cellam uinariam nominauit, introducuntur: sed qui paruum quantumcunque imitatus fuerit Paulum, qui dicebat: Amplius omnibus laborauit, in uigilijs, in ieunijs, & cætera. & omnia, ait, arbitratus sum ut stercora ut Christum lucrifacerem. In capite huius cantici, in cellaria regis se introductam Ecclesia gaudet, ubi ingressa, dicit: Exultabimus & lætabimur in te: agnitam uidelicet eius præsentiam corporalem, qui est sapientia patris: qui uelut in conclave Prophetarum preconijs latebat. In quo sunt omnes exultationes, & letitiæ, & thesauri: Hic uero, ubi ad intelligendam legem diuinam, & quicquid obiectum mysterijs dictum est, quis sermo legis cui personæ conueniat, uel ad discendum ordinem charitatis se dicit introductam, non se lætari & exultare, sed languere. Eo quod secundum eundem Salomonem, qui addit sapientiam, addit dolorem: & quanto quis consecando proximior effici cœperit sapientiæ, tanto eam uix conspicit prolongatam. De quo dolore beatus nascitur amor Christi, & de amore gloriosus sanitatis animæ languor, qui ei omnes uires subtrahat ad peccandum. Intantum enim anima in omnibus mandatis legis diuinæ semper cogitando, quomodo debeant singula intelligi uerba rectæ fidei ordine uel suo loco, aut quomodo possit, uel quibus operibus Christo coniungi, nunquam proculdubio membra sui corporis diabolo arma parauit, nec uires in se tribuit facinorum ad æternum interitum. Introduta scilicet Ecclesia in predictam cellam uinariam, ordinatam in se charitatem adolescentulæ predicat. Quæ licet archana mysteria multiforis sapientiæ dei adepta sit, quæ licet perfectionis teneat arcem, nō sibi tamen solius prædictæ scientiæ aut intelligentiæ credit sufficere summam, nisi constipata malis punicis, & fulta diuersis floribus fuerit, sicut nunc ait:

Constipate me malis, fulcite me floribus: quia amore langueo.
Hoc est, nisi glutinentur ei Apostolorum exempla: qui uelut poma de arbore uitæ Christo per doctrinam sunt germinata: quem superius Ecclesiæ arborem mali punici diximus. Simulque fulcienda est floribus pudicitiæ uel castitatis, id est, eorum confortio docetur anima (que cupit inmaculata ad pristinum statum repedare) semper fulta cōsistere, qui conseruant & diligunt castitatem, qui magno studio intactum sanguinis sui florem custodiunt iuuentutis. Quorum uictoriæ uox est in centesimo uigesimo octauo Psalmo cōtra sordidas dæmonū turmas:

COMMENTARIORVM APONII IN

Sæpe expugnauerūt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Cōiuncta ergo aīa dei uerbo, introducta in intelligētiā legis, discurrendo per singulos apices scripturæ, ut sæpe dictum est, & singula uasa cellæ uinariæ, diuinorum librorum degustando sapores, quasi inebriata lētitiaæ uino, semper futuræ beatitudinis, cur ad eām tarde pereueniat, dicit se amore languere. Illo proculdubio amore, de quo Propheta dicit: Situit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ueniām & apparebo ante faciem dei mei: Et de quo beatus Paulus dicebat: Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo. Per quem amorem scientiæ, amor germinatur uitæ æternæ: & de amore uitæ æternæ, tolerantia persecutionis: & de tolerantia, certaminis uirtus: & de certamine, consummata martyrij gloria. In quo certamine, cupiditie regni celorum, & magnæ consolationis adiutorij diuini sapore, quasi in lectulo collocata in uarijs generibus tormentorum, promissionis leua, & adiutorij dextera Christi amplexari se deprecatur, dicendo:

Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Catastæ quippe, & diuersarum poenarum tormenta, imp̄is & stultis ignominiosa & detestabiliā uidebantur: martyribus aut̄, & omnibus qui in sapientiæ aulam sunt introducti, deliciarum gaudia, & lassitudinum requiei lectuli deputantur. Vbi pro ludibrio arrident incendia, ubi animi probati conuertuntur amphiteatra in paradysum, craticulae & sartagines in mollissimam plumam, flamarum globi in gratissimos flores, liquefactum plumbum in balsamorum unguenta, flagellorum, uirgarumq; & unguilarum solatiū in piniculis delicatissimis: quibus anima ab omni peccatorum sorde extersa, ad antiquā pulchritudinem reuocata, suo redditur creatori. Ipsa quoq; mors pro Christo suscepta, omni gaudio, omniq; iucunditati, & diuerso pretiosissimo lapidi pretiosior anteponitur. Hæ sunt nanc̄ delitiæ animarum sanctarum, pro æternis gaudijs acquirendis: ubi se Ecclesia delitijs resoluta, amplexu dilecti Christi continerilætatur, ut digna sit pro factore suo atrocitatē perpeti tormentorum. Nam potest & ita intelligi, ut leua Christi a sinistris sustineat animam, ne ab incentiis uitorum unciniis implanetur, in leua se semper sustentata, occultis cōpunctionibus sublimetur ad regnum: & ne in superbia elata, faciat lapsum in dextera, in qua diabolus corruit, tribulationes & multimoda retinacula p̄mittendo, & fatigatā adiuuando, a dextera sua amplexatur. Nam & ita intelligi non opinor esse incongruum præsentem locū, ut leua sub capite, fidei sit scutum, quod pugnantis sinistra contineatur manu: & dexteræ amplexatio, orationis gladius intelligatur, quo dextera semp̄ armatus, quatenus altero armorum genere aduersarius repellatur, &

altero

altero prosteratur, & uno inlaesus ab hoste seruet, alio hostis peremptio celebretur. Cū ergo impugnantē nos expugnari oramus, armata est dextera nostra: & cū scuto fidei innisi, leua docente beato magistro Paulo apostolo: Apprehendite, inquit, scutum fidei, in quo possitis omnia iacula ignita maligni extinguere, & gladium spiritus, uerbum dei, per omnem orationem. Quos cum ita armatos repererit hostis diabolus, pauebit; & dominus noster Iesus Christus ita armatos milites suos gaudebit: cui est gloria in secula seculorum, amen. Ephes. 6. 6

FINIS LIBRI TERTII.

COMMENTARIORVM D. APONII
IN CANTICA CANTICORVM
LIBER QVARTVS.



Diuro uos filiae Hierusalem, per capreas, ceruosque caporum, ne suscitatis, necque euigilare faciatam, donec ipsa uelit.

Post multos labores (scilicet Ecclesie) & discursus, per quos anxia intra sanctam cellam uinaria fatigata, redditur in sopore: quae ne celerius pristinis reddat laboribus, suscitata a somno, adiurant filie Hierusalem ne suscitent eam: & per hoc adiuratur, quod firma diligunt charitate: quod opinor nec ipse minus diligit quam adiurat: per capreas uidelicet, certosque camporum: quas non parui meriti uel laboris alias esse intelligi dat, per quas filie Hierusalē adiurant. In plebe enim Christiana secundum meritoria qualitatē, diuersis, mundis & immundis aīalibus aīē comparantur. Habet ergo palatiū dominus noster Christus, quod intra se cellaria multa, & cellā uinaria, et camporum spacia continere intelligit. Cuius fores beatus Paulus ingressus, admirando laudat. O altitudo, inquit, diuinitarū sapientię & scię Rom. xi. 13 dei. In quo palatio inter multas diuinitias, id est multitudo sanctorū, intelligit habere etiam alias agrestes, quae ab Ecclesie uenatorib. intra fidei rete ex philosophiae sylua conclusae, mansuetatē, uelocitatē cursus literaturae ad delectationē filiarū Hierusalem, per scripturarū diuinarū cam pos discurrunt. Filias autem Hierosolimam, ut retro dictū est, perfecte alias illius coelestis Hierusalē filiae intelligunt, quam Ap̄l̄s dicit matrem omnī esse sanctōrum, quae cū sponsa desiderant semper miscere colloquia. Delectant enim eam secum concurrere in illis operibus, in quibus ipsae ad cœlestem sunt gloriam sublimatae: per quae amissa corporea sarcina, cū illis epulentur in celis. Quam dominus Christus ad lucrum uel consolationem alias alias cōseruatā a piculis, uel de manu carnificū, yoke signorum in tpe persecutōis, tā diu ab iugulatiōe, quod exitū mortis adducit, regescere in corpe iubet, Gal. 4. 4

g iiij quoad

COMMENTARIORVM A PONII IN

quoadusque ipsa uelit. Capreas uero eas animas opinor intelligi, quæ acumine dialecticæ excellentiæ, sensu & mente per philosophiam discurrere consueuerunt: quæ nunc intra supradictum palatium rete cōclusæ, arte prædictorum uenatorum mansuetæ, mutata religione in melius, per sapientiæ, quæq; ardua & obscura interpretantes, montes uel campos discurrunt: & tunc latus labor, qui in figmētis mortuis uel turpibus hominibus, qui se deos appellauerunt, consumebatur, in creatoris laudem quotidie uertitur. Quæq; in fide uelocitatem sui cursus ostendunt. Quæ animæ nō uana & inania docendo discurrunt, sed semper eorū, quæ ad montem paradisi ueloci cursu eleuent adiutor est deus. Capræ natura, primā corporis partem sublimiorē, humiliorē posteriorem probat̄ habere. Et hac de causa semp sursum ascendendo montem, in cursu uelocior inuenitur. Quo itinere aduersarius minor est in sequendo. Cerui autē uidentur intelligi, qui in ipsa philosophiæ suæ uelocitate doctrinæ, non multos, sed unum deū inuisibilem, immēsum, inæstimabilem, oīmīq; creatorem, totum ubiq; mundū impletē, confessi sunt. Quæ genera dogmatum, quantū immunda animalia distant à ceruis & capreis (quæ inter munda hebræo populo per Moy sen à deo iussa sunt edi) tantum differūt à supradicta philosophia, & eos, qui caninam uitam simul & nomen sortiti sunt, summū bonum libidinem prædicantes, & nihil esse turpe quicquid natura suggesterit exercendum. Quantū ergo utilia, uel omnia mansueta animalia distat ab agrestium feritate, tñ distasse intelligit gentem hebræam (que meruit cum deo miscere colloquia: quæ s̄pē numero per Ezechielem prophetam ciuiū uocabulo appellat̄) ab omnium gentium natione, quæ à dei notitia, uelut sc̄uissimæ bestiæ, efferauerunt: & quantum mundiora uel simpliciora capræ & ceruorū animalium genera sc̄uissimis et immundissimis bestijs, tñ distare cognoscit inter philosophiam, quæ blasphemis suis gregem deorū persuasit mortalibus: & illam supradictam Platonicorū uel Stoicorum, qui unum deū immensum docuerūt. Quorum doctrina licet quidem agrestis sit, tamē mundicia sensus nō longe abest ab Ecclesiæ fide: cuius populus sub ouium uocabulo uel agnorum, à domino Christo beato Petro Apostolo pascendus est commendatus. Quæ fides, in qua perfecta trinitas constat, domus magna à magistro gentium intelligit nominata, cū dicit discipulo suo Timo theo: In doma magna non solum sunt uasa aurea & argentea, sed fictilia & lignea: ubi supradicta sponsa per intelligentiam scripturarum diuinarū introducta, omnem ornatū ad similitudinem palatiū inuenit. Vbi sunt inter cetera latissimi sensus spacia scripture diuinæ, in quibus discurrunt animæ magnæ peritiæ literarum, ex philosophiæ aspirate conuer

Leuit. xi. 3

Ioan. 21. f

2. Timo. 2. c

conuerſæ, quæ uelocitate sapietiae cursus, magnas lætitias disputatio-
ne sua contra aduersarios, filiabus Hierusalem exhibere noscuntur.
Quæ disputationis suæ cursu, grauibus bestijs (gentilibus uel hære-
ticis immissis à diabolo uenatore) insequentibus, ad montes confugi-
unt, hoc est, unum omnium creatorem apostolico dogmate confitentes
in cœlo; & acumine sensus, more caprearum uel certiorum, longe pro-
spiciunt aduersariorum insidias: sicut de caprearum fertur natura, ab
eis qui animalium scriperunt naturas: quarum mos est & magna uelo-
citas ad montes confugere: Siue ceruorum more, ad fluuij suffragium
cōcurrere (insectorum.) De quo dicit propheta David: Fluminis im-
petus lætificat ciuitatem dei: Quem proculdubio spiritum sanctum,
qui patri, filioq; unitus est, intelligi nemo sapientium ignorat. Illuc ua-
tique disputando recurrerunt, suprascriptis canibus resistendo, ubi
firmissima defensionis propugnacula esse cognoscunt, & magis cupi-
unt à corpore, quam à fluuio separari. Sicut ceruorum cōsuetudo esse
probatur. H̄i sunt ergo proculdubio cerui camporum, & capreæ, per
quos spōsus filias Hierusalem adiurat, ut patientur paulisper requies-
cere sponsam in requiei somno. Hæ utique animæ, quæ diligunt firmis-
sima charitate, quæ studio scientiæ sermonis suæ rectam fidem docen-
do, instruunt paruulos in fide, reuincendo peruersorum dogmatum
adsertores, magnam lætitiam, magnumq; spectaculum angelis uel san-
ctis animabus exhibere noscuntur. Quæ ita amabiles Christo uel filia-
bus Hierusalem supradicto studio esse intelliguntur, ut eas adiurent,
ne sponsam suscitent dormientem, donec ipse sponsus prospiciens uti-
litati eius (quia sic expedit conlocatam eam in somno prædicto) pau-
lisper prolonget, ut agnoscat anima uires suas: quia sine ipso nihil po-
test. Sed perfecta anima in ipso requiei sopore, semper eum timēdo au-
dit, semper eum amando uidet, sicut nunc ait:

Vox dilecti mei; Ecce ipse uenit saliens in montibus, transi-
liens colles.

Et quid dicat uox ista dilecti Ecclesiæ, in Euangeliō proprio ore de-
clarat. Videte, inquit, ne seducamini à Pseudoprophetis. Multi enim Math. 24.2
uenient in nomine meo, dicentes quia ego sum, & multos seducent, &
dabunt signa, ita ut etiam (si fieri potest) electi in errorem inducantur.
Et: Videte ne grauētur corda uestra ebrietate aut crapula. Et, Similes
estote seruis expectantibus dominum suum, qñ reuertet à nuptijs. Et Marc. 13.2
per Esaiā prophetam, audit similiter hanc uocem Ecclesia, dicēdo: Au-
di populus meus, quoniam absq; me non est deus, & præter me nō est
saluator. Ego sum primus, et ego nouissimus, & ante me nō fuit deus, et
post me nō erit alijs. Spíritus à me pcedit, et flatus oēs ego facio, et ma-

Luc. 21.6
Luc. 21.6
Luc. 12.6
Esai. 44.2
Apoc. 1.d. & 22.6
Hiere. 51.b

nus

COMMENTARIORVM APONII IN

nus mea extēdit cōcēs, & fundauit terram, & nullus mecum. Hāc est nānc̄ uox dilecti uerbi patris, quam audit Ecclesia in requie i sopore conlocata, id est, sublatis tribulationum uel persecutionū aculeis, cēfāntibus odijs impiorum. Cum eam impugnatores eius aedificāt, cum præcelsior regib⁹ incedit, cum eius potentiam gentes mirantur, tunc dormiens requiescit Ecclesia, tunc post multos tribulationū labores in somno deducta requiescit. Sed in ipsa requie per hēc figurata mone

Luc. 21. c

tur, non ebrietate aut crapula grauata dormire, sed in ipsa securitatis requie sollicita, semper aurem cordis ad uocem Christi præbere, hoc est, in scripturis diuinis, & assidua orationi operam dare. Quando cēm sacerdotes, qui Ecclesiæ præsunt, ab impiorum insectatiōe requiescūt, Christus pro Ecclesiæ custodia & securitate montes transilit & colles: per quod significat elongari deum ab anima: immo, anima nullis tribulationibus impugnata, paulo longius fieri a deo: eo quod delitijs resolutus q̄s, non in toto corde inuocat eum: sicut dicitur in Psalmo: Pro

Psal. 144.

pe est dominus inuocantibus eum in ueritate: nec facit quod ille se narrat fecisse in lxxvi. Psalmo: In die, inquit, tribulationis meæ, deum exq̄ siui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Monentur ergo per hāc quī præsunt populo Christiano, ut sine intermissione adnuntient plebi, quid præcipiat uox ista dilecti Ecclesiæ: quomodo scilicet uenit de sinu patris ad humanum cōsortium, ut uerbum fieri ca-

Abacuc 3. b
Rom. 16. c

ro: quomodo secundum Abacuc prophetam, humiliando dæmonum superbiam, confregerit montes uiolentiæ, & liquefecerit colles eterna les: conculcando sub pedibus credentium satanam salit in montib⁹, predictis: uirtutibus uero conturbando idolorum cultores, transilit colles. Quorum rigidam diabolicam superbiam igni spiritus sui molliendo, ad credendum uni uero deo, liquefacti intelliguntur colles æternales. Exemplo enim humilitatis, & gloriōsæ doctrinæ uiam salutis ostē

a. Cor. 10. b

dendo, omnem superbiam sapientiæ mundi, extollentem se aduersus creatorem, liquefecit, & per Apostolos ad nihilum redacta humiliat. Humiliando ergo superbiam sapientiæ per Apostolorum doctrinā, in quibus nō rhetorica argumenta, sed sancti spiritus uirtus fulgebat, & prostrata dæmonum turba sub pedibus credēti, ostensus est Ecclesiæ saliens in montibus, & transiliens colles uenisse in mundo, & inter homines est uersatus. In his proculdubio montibus eum salientem in modum capreæ & hinnuli ceruorum uidet uenientem sponsum, & colles transfilientem, hoc est, omnem sapientiam mundi; sicut in sequentibus ait:

Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq̄ ceruorum.
Capreæ Christum comparatum, non per detrimenta diuinitatis, quæ semper

Baruch 3. b

semper eadem est, intelligimus, sed per incarnationis mysterium, in quo augmenta consecuta est cœlo recepta carnis natura. Nam in eius humili aduentu plenus erat mūdus Philosophorum doctrina; de quibus intelliguntur agrestes illæ quondam anime mundiores cæteris supra dictis, quæ per Christi doctrinam ad unius ueritatis Israëlis consortium aggregatae: quibus eum similem esse pronuntiat vox Ecclesie; ut sicut eorum doctrina, qui unum deum omnia impellentem confessi sunt, uelut scintilla claritatis reluxerat mundo: Ita & hunc, quem uerum lumen Euangelista testatur, absternit ignorantiae tenebris, totius inluminato rem mundi ostendit. Nam capreæ pro eo opinor similem dici, quia nostræ salutis illustratio cæcitatem cordis auferens; in posteriore seculi parte ueniendo in carne ostendit, quam Moysi potenti in monte Sina monstrauerat. De quo mysterio idem David dicit: Pennæ columbae Exod. 32. d
deargentate in posteriore dorsi eius; sicut caprearum posterior corporis pars, candorem demonstrat. Hinnulo uero ceruorum, propter humilitatis formam, nequidem adhuc potentiae cornibus exaltatis; quibus in secundo aduentu causaturus est mundum. De quibus dictum est in Psal. lxxiiij. Exaltabuntur cornua iusti. Hinnulus enim ceruorum sine cornibus est, amorem in se potius uisionis suæ, quam terribilitatem ostendit: sicut dominus noster Christus in primo aduentu fecisse probatur.

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras,
prospiciens per cancellos, & dilectus meus loquitur mihi.

En ipse qui crucifixus est, qui diuinitatis suæ dexteram languentem, id est, lugentem, in Apostolis consolationis amplexu continebat Ecclesiam: cum qua carne sepultus est: cum ipsa utique stat resurgens post parietem incredulitatis nostræ, quem luteis operibus construxeramus peccando. De quibus dixit per Esaiam prophetam: Nunquid non ualeat manus mea ad liberandum? Sed peccata uestra inurum fecerunt inter uos & deum: post quem stans dominus Christus, expectat se ab impijs inuocari, & uocat ad poenitentiam animam peccatrixem, expectat sibi ab incredulis credi. Post quem parietem stat usque ad tempus baptismatis uel poenitentie. Et licet non mereamur eum intueri, tamen per hoc quod idolatriam abdicamus, fenestras in supradicto facimus pariete, quibus nos ab immundis spiritibus defendendo respicit Christus, & ipsi soli genua cordis deflectendo cancellos facimus, per quos compunctionem ad se conuertendo donando prospiciat. Vbi tiero uenerimus ad ueram conversionem prædicti baptismati uel penitentiae, retollit eum de medio concessa uenia peccatorum, & loquitur nobis dicendo: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

Exod. 32. d
Psal. 67.

Ezai. 54. 2

Math. 11. 4

h Et, Ven

COMMENTARIORVM APONII IN

Math. 25.c Et, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Sicut & magister gentium Paulus docuit factum in eius aduentu: Qui tulit, inquit, parietem maceriae de medio, & re conciliauit nos deo patri per sanguinem ipsius. Potest autem & ita intelligi, inclusam esse Ecclesiam inter parietem septam propter metum persecutionis: ubi cum uiderit animam dei sermo nimia terneris formidine, proximius fit solito, & consolando, augendoq; fidei calorem, auferendo formidinem loquitur ei: Sicut post suam resurrectionem formidantibus, & nimio timore deiecit Apostolis, ianuis clavis ingressus, magnam fiduciam, magnumque gaudium adportauit dicendo: **Luc. 24.f** Pax uobis, ego sum, nolite timere. Vbi completum est: Dilectus meus loquitur mihi.

Exurge propera amica mea, formosa mea, & ueni. Loquitur ei, uidelicet ad perfectionem uitae uocando, docendo eam iam non timere mortis autorem diabolum, nec ultra residere intra incredulitatis claustra. Propterea inquit, & ueni, quia ego moriendo uitam perditam reddidi, modo iam non terrearis a morte, cuius ego destruxi imperium. Stabat namq; post parietem nostrum, qui nobis umbra sua obstabat, sol iustitiae: de quo promiserat Propheta dicens: Orietur uobis timentibus dominum sol iustitiae, & sanitas in pennis eius. Loquitur Ecclesiae in Apostolis, quando resurgens a mortuis, consolatur eos dicens: Confidite, quia ego uici mundum. Et, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Et, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Nam sunt & alii persecutores animae. Habet enim inuisibiles hostes, qui eam intra mentis suae septum inuisibiliter & incessanter circundatam impugnant: Qui tunc uel maxime crudeliter eam suis armis adgrediuntur, cum uiderint foetore superbiæ ab ea dominum prolongantem: quam ita in ergastulo redigunt uitiorum, ut non possit omnino progredi, ad uiiam mandatorum dei currendam, quo usque eius precibus reuocatus ueniens, quasi occultus stet, & spectet luctamen eius: & non totus se ostendit, ne omnino fugatis hostibus, cessante pugna, otio torpore depereat: sed uelut per fenestras aspicit, suæ uisionis adiutorium comodando, ut anima uiires recipiat resistendi: & hostis impugnatio diminuta eius terrore, aliquantulum conquiescat. Nam saepenumero uarijs immisionibus circundatur anima, cupiditatis, avaritiae, ebrietatis, commessionis, impudicitiae, irae, blasphemiae, contentionis, haeresis, inuidiae, & multarum aliarum his similibus: Eo utique tempore quando his circundatur, quasi carcere retrusa continetur. Ad quam sermo dei, poenitentiae orationumq; uocibus reuocatus, uenit, & aspergit per

Malach. 4.a

Joan. 16.g
Math. 28.d
Math. 10.c

Psal. 118.

30
icit per fenestras sensus eius, quibus corporeas peragit cogitationes, si non sunt polluti sordibus lasciuæ delectationis auditus, si non concubis pescetiæ uisus, si nō meretricū odorib. delectat̄ odoratus, si nō turpiloquijs, & quæ dèo contraria sunt, labia inquinata: si non sceleratis operibus pollutæ sunt manus. De quibus dixit Propheta: Intrauit mors per fenestras. Tali ergo animæ proculdubio loquitur Christus, quam sui uiderit desiderio plenam, huic manifestat se loquendo in corde, & uocat eam uerbis ineffabilibus; & tribuit ei fiduciām ueniendi ad se, dicendo:

Hierogly.

Exurge, propera amica mea, formosa mea, & ueni. Iam enim
hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt
in terra nostra, tempus putationis aduenit.

Docet eam, scilicet, iam non timere omnino iniquorum hominum tru-
culentiam, nec dæmonum formidare terrores: quia & deum patrem
per adsumptæ carnis oblationem reconciliauit Ecclesiæ, & dæmonū
exercitū subneruauit per crucem, & post brumalem, gelidamq; aspe-
ritatem, floridum uerni aduentus sui tempus ostendit: & quanta uel
qualia gaudiorum esset præmia ei per suam præsentiam exhibitus,
futuram, iam quasi factam narrauit. Per has enim singulas figuras uer-
boru, quantam malorum tristitiarumq; congeriem abstulerit, & quāta
magnalia suorum dei filius in nobis contulerit, dulcissimo affectu nar-
rantur. Quomodo, ueluti puellæ dilecta, mortali naturæ, quod est Ec-
clesiæ, pristina amicicia & pulchritudo reddatur, & per suum humili-
tatis aduentum, docet eam per uiam humilitatis uenire ad se, hoc est, ad
suam imitationem: per quam ipse uenit ad eam, ut & uocem munusq;
repropositionis adferret, dicendo: Iam uos non dico seruos, sed ami-
cos. Et, Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis re-
quietum animabus uestris. Iam igitur agnitionem sui aduentus, suamq;
humilitatem imitanti uox ista dirigitur: Exurge propera amica mea,
formosa mea, & ueni. Amica enim fit anima agnoscendo deum; formo-
sa, Christi humilitatem seruando: Columba uero efficitur, nihil de ter-
renis cupiditatibus, absq; cibo uilissimo, indumentoq; corporis requi-
rendo: sed semper columbarum simplicitatem tenes, spiritui sancto se
consociat. Sicut igitur superueniente uere, præcursorē æstatis, qui fu-
gat hyemem, quando omnis creatura rediuita lœtatur, & uniuersa a-
nimata secundum genus suum cooperantur ad fetus, & ingrauidata,
cubilia construunt, & aues nidos componunt, & sese inuicem suis uo-
cibus discretis aduocat & motibus; ubi iam reptilib. epulas præparat
humus, nec deest pennigeris animantibus esca; ubi canora uox uolati-
lium dulci modulamine resonat, & ad prædandos flores apis pennis

hij armata

COMMENTARIORVM APONI IN

armata procedit, ita dominus noster Christus, post horridam hyemē
 idolatriæ, & philosophicam doctrinā, uernum tempus per suā passi
 onem (quod est pascha nostrū, transitus de morte ad uitam) faciē mun
 di, martyrum uel oīm sanctorum operę flore decorauit. Quo tempore
 creata in principio oīs intelligit̄ creatura, & ipse homo de limo terræ
 formatus est: quo tempore de Mesopotamia ad propriā sedem reuo
 catus est Iacob: quo tempore filij Israel de terra Aegypti sunt educti,
 & in Christi figura agni sanguis, Aegypti uastatorem exclusit: quo
 tempore terram repromissiōis transmissio Iordanē ingressi: eo tēpore
 redemptor noster Christus de cōuale lachrymar̄ ad paradisi montē
 suae mortis exēplo Ecclesiā uocat, dicendo: Surge propera amica mea,
 formosa mea, & ueni. lā enim hyems transiit. i. potestas tenebrar̄, quæ
 tristem reddebat mundū, sole iustitię Christo ueniente, transiit de hoc
 mundo ad tartara. Imber abiit & recessit. i. philosophię error, & gen
 tilium doctrinæ, Christi aduentu splendente, abiit & recessit. Flores
 apparuerūt in terra. Ad tanti q̄pp̄ sponsi ornandā aulam regalē, ne
 cessario pro uenenosis nequitia tribulis, innocētia flores, per infantū
 allisionem apparuerūt in terra, cui maledixerat in protoplasto deus.
 Quibus testibus coronatus, magor̄ p̄nuncio inducit̄ in Iudeā: in qui
 bus Ecclesia primū decoris ornamenta suscepit. Tempus putationis
 aduenit. Illud proculdubio, in q̄ pater agricola pericillissimus putator,
 sterilia sarmenta de uera uite Christo uestionis amputat falce: eos scilicet,
 qui in se nullam similitudinem factoris sui filij dei, per imitationē
 boni operis ostendere. Aestiuū tempus nanc̄ putationis aduenit, q̄n
 ex una stirpe corporis, boni separantur a malis, ne uicinitate malorū
 depereant boni, ne perfidia incredulorum periclitent̄ credentes. Hoc
 utiq̄ tempus nuntiabaſ aduenire putationis, de quo dominus dicit in
 Euangeliō: Veni separare filium a patre, nurum a socrū sua, & filiā a
 matre sua: quatenus credens in deum patrem, in deū filium, in deū sp̄s
 ritum sanctum, separatis a se incredulis, arefactis palmitibus semel in
 fide Christi plantatis, ut uitis radice, & corpus (de quo profert sarmen
 ta) palmite decoratis, indiuiduam trinitatē credendo consistat. Illi aut̄
 qui non credunt hanc, non eos portat prædicta radix, sed quasi aridi
 surculi, a ſaþe dictæ uitis corpore defecti, æterno igni pabulum præ
 bituri sunt. Putatur etiā unusquisq̄ Ecclesiæ filius diuina pietate, per
 compunctionē sanctam in intima mentis, & arefacta malæ uoluntatis
 de eo sarmēta abſcindunt̄, ut possit iam putatus fructifer bonæ uolun
 tatis palmes, fructus germinare iustitiæ: de quo gaudium in celo ange
 lis exhibetur. Nam certum est, niſi auaritia fuerit amputata, largitas
 nō subcrescit; niſi idolorum amor fuerit defecatus de corde, gloriōſus
 martyrij

1. Cor. 5. c
Ivan. 13. a

Gen. 2. b
Gen. 31. a
Exod. 12. b
Exod. 13. d

Iosue. 3. d

Ivan. 15. a

Math. 10. d
Luc. 14. f

Ivan. 15. a

Luc. 15. b

martyrij non pullulat palmes: & nisi fornicationis præcisa fuerit con-
fuetudo, castitatis non prouenit angelicus fructus. Hoc autem intelligi-
git in omnibus malis, que in mentibus hominum inseruntur ab hoste
diabolo: quæ omnia per Christi aduentum reprobata probantur: in
cuius ostensione tempus putationis aduenit.

Vox turturis audita est in terra nostra.

Cōgrue satis huius castissimæ auiis uox, gloriose uirginitatis, in supra-
dicto tempore per beatā Mariam primum audita est in terra nostra,

dicendo ad angelū Gabrielem: Quomodo hoc erit, cū uirūm non cogno-
scam? Et Ecce ex hoc beatam me dicent oēs generationes: Quia fecit

Luc.1.1d
mihi magna qui potens est, & sanctum nomē eius. Cui uoci angelus re-

spondit, sacratissimī partus exponēdo mysteriū, quomodo, quod sine

lege complexus concipiēt, sine pena doloris parietur. Virtus, inquit, al-

tissimi obumbrabit tibi, & sp̄ritus sanctus supueniet in te: ideo quod

nascetur in te sanctū, uocabitur filius dei. Et uere digna, quā solam bea-

tam omnes generationes dicant, quam gloriosam inter omnes foemi-

nas, non solum diuersarum gentium nationes, sed etiam celorum uir-

tutes admirantes collaudent. Per quā uitam ingressam, mortem fugaz-

am, mūndum reconciliatū gaudemus, per quā in terra maledictionis,

in terra impiorum (perditam terram incontinentiæ) primum sanctæ

voluntatis uox conseruandæ uirginitatis audita est. De qua prædixea-

rat Dauid: Terra nostra dabit fructum suum. Bonū utiq; bone uolun-

Psal.84.
tatis fructum, quem in natura suscepit in parente Adam. Nisi enim uo-

luntas fuisset conseruandæ uirginitatis, non diceret, Quomodo fiet, cū

uirum non nouerim? Quām diu enim præuaricationis hyemis tēpus

triste constrictumq; ab omni germine bono obtexerat faciem mundi;

& sua ditione obtinebat diabolus terram, hec dulcissima uox turturis,

sive per gloriosam Mariā, sive per beatū Ioannem, nō est audita inter-

ra: Sed ubi magnus ille iustitiæ sol, qui nobis indulgentia estatis uber-

tatem adducendo exortus est, cœpit desiderij cōseruandæ integritatris

uox turturis in terra nostra audiri: & quæ prius impiorum nuncupa-

batur, nunc suam terram uel Ecclesiæ, dei sermo uocitare dignatur.

Quæ ita coniunctæ spiritui sancto utræque personæ, illa supertie-

nienti in se, & ille adhuc in utero matris eo impletus, unam nulli

alij dilectionis commodant uoluntatem: Nam sicut natura turtu-

rum deserti habitacula diligit, & aduocans comparem, dulci reso-

Luc.1.1d
nat uoce, ita illæ supradictæ personæ, illa dicendo: Ecce ancilla do-

mini, fiat mihi secundum uerbum tuum: & ille clamando: Post me ue-

nit, qui ante me factus est, cuius non sum dignus calcamenti portare.

Iusta ergo ratione, turturi castissimæ auii, uirginitas comparatur: que

Ioan.1.1d
h in Ioan

COMMENTARIORVM A PONII IN

In Ioanne uel Maria obtinet principatū: quæ semel uerbo dei, uel spiritu sancto coniuncta, nunquam alium cogitat comparem, nec alteri desideriū sui amoris communicat, nisi illi, cui semel cōglutinata probatur, sed ad illum semper promissionis uocem & mentis emittit affectum, cui promisit seruare quod nata est: sicut turtur amor erga cōparum suum inmutabilem fertur seruare dilectionis affectum: quæ mortuo compare, nunq̄ alio à physiologis iūgi narrat: sed eū omnibus diebus uitæ suæ, cui semel fuerat cōiuncta, desiderando requirit.

Ficus protulit grossos suos.

Propinquante igit̄ messe redemptiōis humanæ, & gloriōsi redemptoris aduentu, horrida, et omni iustitia destituta, uel impietatis hyeme algoreq̄ constricta, nihil in se fculnea Synagoga, nisi amarissimum secum doctrinæ, quæ animarum cibum mentitur, intelligitur habuisse. Nunc autem in eius aduentu, Apostoli, quos protulit grossos suos, qui de ea generati, dulcissimus cibus doctrinæ animarum effecti sunt. Cui Luc. 13. b fculneæ unius anni inducias petit colonus uineæ, Michael, opinor, archangelus: quæ portio domini appellatur, id est, omnium credentium deo cœli: eamq̄ excolere commonitione sua, & à dæmonum uastatione intelligitur custodire, secundum Danielē prophetam: cui Daniel. 10. c dicit angelus Gabriel: Viginti & uno die restitit mihi princeps regni Persarum, & nemo mihi fuit adiutor, nisi princeps uester Michael. Hoc utique dicitur Danieli Hebræo, qui de Jacob originem trahit. Multitudo ergo credentium deo, hi, qui audiunt uerbum doctoris, uineæ nuncupantur: Illi uero qui præsunt populo, & uerbo doctrinæ ædificant auditores, fculneæ intelliguntur. Colonus uero uineæ (ut su pra diximus) angelus antedictus, cum magna fiducia in conspectu dei est, magnaç cura pro omnium salute commissa. Videns namq; inter credentium multitudinem huiusmodi infructuosam stare ficum do minus uineæ (eos scilicet, qui sibi honorem & locum doctoris audacter præsumunt, & ea quæ cum doceant ad plebem, nec sermone proferūt, nec uitæ exemplo, similes facti principibus Iudæorum, qui umbra potentiae suæ fructus proferre, tanquam ficus, unius anni, à passione dominii usque ad templi euersionem, concessa uenia pœnitendi, id est, uinius generatiōis terminum. Ixij. anno) huic nūc sic maledicit, posteaq; Apostolos protulit, quibus credere noluit, ut nunquam de ea fructus doctrinæ nascatur. Quæ arefacta, omni decore nudata, nihil in se nisi ignis æterni alimenta conseruat. A cuius peruersæ oppressionis umbra liberata plebs, cœpit, amotis malis doctoribus, in Christo credendo florere, & suo exemplo aliarum gentium nationes ad florem credulitatis prouocare. De quibus sequenti uersiculo dicitur.

Vineæ

Math. 21. b
Marc. 11. c

Vineæ florentes dederunt odorem suum.

Credendo nanc̄ in unum deum omnipotentem, florent; pro eius uero nomine moriendo, sua uissimum cōfessionis dederunt odorem. Nā sicut hyemis tempore absque frondibus & floribus sine decore sunt uineæ, ita fuisse absq; decore iustitiae, uel sanctitatis ornamento prædictas nationes, quas nunc uineas appellauit, certissime comprobatur,

Surge amica mea, speciosa mea, & ueni: columba mea in foræ minibus petræ, in cauerna maceriaz.

Iacebat ergo satis in humili loco & abdito, multum longe auocata hęc amica speciosa uel columba, quæ nunc in toto mundo regnare probatur, conturbata uel oppressa dæmonum tempestate: sed ubi passio-
nis Christi sacramēta sunt celebrata, & per Apostolorum doctrinam, in quibus Christus loquitur, aduocatur ut surgat, & ueniat ad deam-
bulantem sponsum in uineis, ad congaudendum, & in prouentum fru-
ctus iustitiae prædictarum nationum, id est, ut ueniat ad eum, pro eius
nomine moriendo, qui pro ea moriendo, mortis destruxit imperium;
ut ueniat ad eum in humilitatis perfectione, qui in se credentibus dicit
in Euangeliō: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego requiescere uos faciam: & discite a' me, qā mitis sum & humili cor
de. Humiliando se enim anima, in conspectu dei surgit, exaltando alli-
ditur: secundum quod ipse Christus dicit: Omnis qui se humiliat exal-
tabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Tūc sit eius amica, eo quod pro
pitium sibi fecerit creatorem: delota uero fonte baptismatis, speciosa
efficitur uel formosa. Vbi aut̄ suscepit in se spiritum sanctum, qui in columbae specie in Jordane ostensus est, columba efficiet. Sed ut queat
ad hanc gloriam peruenire, i.ad perfectionem plenitudinis Christi, ne
accipitrum dæmonū, male credendo in coeternam & indiuuiduam tri-
nitatem, ungulis lanietur, ostenditur ei uia per quam ueniat ad aduo-
cantem: ne forte de brumali errore gentilium liberata, uel de perfidiæ
Iudeor̄ latebris educata, non per uiā regalem, quæ dueit ad regnum, sed
per floridos campos, qui rhetoricoꝝ uerborum delectatione inliciunt,
aut philosophor̄ uel hæreticor̄ dogmata currere delectent, ubi accipi-
ter diabolus omni facilitate perfectas animas columbas effectas deuo-
rat: sed docet eam tumidæ sapientiae campos om̄i modo deuitare, & p-
angustam uiā, relictis terrenis desiderijs, in qbus diabolus obtinet re-
gnum, de morte ad uitā uenire. Quicūq; ergo desiderat ab hostibus aë-
rię potestatis in Iesu euadere, in foraminibus huius petræ, quā beatus
Paulus demonstrat, rectā fidem seruando semper ingrediat. De qua di-
cit: Bibeant aut̄ filij Israel de sequente eos petra: Petra aut̄ erat Chri-
stus. Sed hæc petra habet multa foramina, i.aditus per quos intratur
ad pat

Math. 11.4

Luc. 14.4 & 18.4

Ioan. 1.46

Luc. 13.22

Cor. 10.4

COMMENTARIORVM A PONII IN

ad patrem regnum creditibus præparantem, quæ sunt genera uirtutum exemplorū foramina, hoc est, mansuetudinis, humilitatis, patientiae, contemptus diuinarum, nullarum acceptio personarū, pernoctatio in oratione, misericordiae magisterium, castitas immobilis, formabenzitatis, singulare speculum, individualis trinitatis agnitus, in qua est nostra redemptio. Hæc sunt procul dubio foramina, in quibus docetur amica ad gaudium regni cœlorum uenire: per hæc foramina lux diuinitatis in tenebris huius mundi resplenduisse occulta fide probat. Hæc est utiq; Petra inter deum & homines mediatrix: per cuius foramina, homines deo, & deus hominibus demonstratur. Cognoscuntur & illa in hac petra Christo quinq; foramina in manibus pedibusq; clavorum, & in aqua & sanguine per latus effuso. Per hæc foramina Ecclesia in beato Thoma uocatur, uerum deum in uero homine cognoscendo, uenire, cum dicitur ei: Mitte manum tuam in locum clauorum & in latus meum, & uide quia ego ipse sum, & noli esse incredulus, sed fidelis. In quibus foraminibus uerum deum, uerumq; hominem confitende, incredulæ plebi ostendit dicendo: Deus meus, & dominus meus. Illiq; maxime plebi præfens uersicolor conuenire intelligi datur, quæ post cruenta odia, & criminum feritatem dominice persecutionis, colubæ in se simplicitatem per poenitentiam informati: ut per hæc foramina uiscera Christi confidant, uerum dei filium deum & hominem confitendo, quæ ipsa in eo clauorum & lanceæ ictus fecerant non credendo. Possunt siquidem foramina Petraræ & quatuor Evangeliorū assertiones intelligi, quæ eius, quæ Apostolus petram pronuntiat, per foratum supradictis ictibus corpus testantur. Cauerna uero maceris, Apostolorum doctrinā intelligi opinamur: de quibus ut uineæ, credētiūm plebi firmissimam maceriam, ob infestationem malignorum spirituum, deum construxisse probatur. Nam sicut ipsi per Christum, ita & nos per Apostolos agnoscentes diuina mysteria, intra conspectum fidei, quam ipsi confessi sunt, continemur. De quibus uelut de quadratibus lapidibus, uineæ suæ credentis in se plebi initium tantum maceriaræ ædificasse monstratur: cum in fide, ut dictum est, primo ab eis prolata, a dæmonum insidijs defensatur, quam se ab ingrata plebe Iudeorum per Esaiam Prophetam auferre minatur, dicendo: Nunc adnunciabo uobis quid faciam uineæ meæ: auferam maceriam eius, & erit in direptionem. Venit ergo ad notitiā creatoris, sicut in foraminibus petraræ, ita & cava uero maceriaræ, & per Apostolorum uirtutes, qui uelut membra multi unum corpus sunt in Christo petra, & unum deum praedicando, unam fidem tenendo, una maceria Ecclesie facti sunt. Nam sicut de multitudine petrarum una, ad communiciandam uineam, maceria fit, ita &

^a Cor. 12. b

Ita & hi, qui in Christo unum sunt per sancti spiritus coniunctionem, Christi pro humana salute implet locū. Venit nāq̄ Ecclesia ad Chri stū in foraminibus petre, eius incarnationē credendo: uenit in cauer na maceriaz̄ per Apostolos, eius diuinitatem agnoscēndo, cum Petrus & Ioannes apostoli, saniato claudio, admirantē plebe, crucifixi uirtutē exponunt. Ad quorum doctrinam, quasi de antro incredulitatis, ecce pit faciem suam, iam corde compuncto, ostendere creatori. Et quē tanti piaculi collapsu fœdauerat faciem suam, dominum maiestatis perse quendo, perfusa sanguine iusti, quē super se sua effuderat uoce, dicens Math. 27.6 do: Sanguis eius super nos: nūc conuersæ ad se dicit:

Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis,
quia uox tua dulcis, & facies tua decora.

In principibus scilicet sacerdotiū, & in doctoribus legis esse facies plēbis intelligi datur, quae in Christi passione consputorum & blasphemiarum uulneribus crudeliter fuerat maculata: nūc in Nicodemo et Ioseph, uel in Paulo, & in ea multititudine quē per Apostolos crēdidit, ad pristinam pulchritudinem reuocata est. Et uox eius, quae horrida, interclusam, impietatis raucedine amarissimā, & lamentabilem reuocauerat uocem dicēdo: crucifige, crucifige: tali haustu, & medicinali poculo sanguinis, quem effuderant, Christi, ad canoram dulcedinem renouata est, confitendo se credere deum, quem ut hominem damna uerat ante Pilatum.

Capite uulpes paruulas, quae demoliuntur uineas: Nam uinea nostra floruit.

Transacta uidelicet demonum tempestate, quā superius hyemē appellauit, inuitatur sponsa iam regis corpori iuncta per baptismi sacramenta, in uineam, id ēst, credentiū sibi plebem ex gentibus: & inuenit eam producentem flores, per bonum naturae ad confiterendum deo coeli paratam, sed calliditate, insidijsq; uulpium, maturitatē fructis expectantium, ad démolierandam deuorandamq; paratam: quae sunt peruersarum animarum hæreseos mordacissima dogmata: per quae non uiribus, sed uersutis illi subreptione diabolus fructū anime lædit uel deuorat. Quae uulpes, si quippiam captiuauerint, secum ad sua cubilia trahunt in inferos. Quarum insidias prospiciens dei sermo, iubet custodibus uineae, scilicet, qui præsunt populo Christiano, & locum doctoris suscipiunt, solertissime rete fidei tendere prædicando, ut si suae sententiae uino mansuescere nolint, tamen demoliti desiniant uineam Christi. In uulpium ergo uocabulo hæreticorū dialectica peruersatio demonstratur: quae arte custodum uineæ prohibentur: ab illis scilicet, qui sagacitate sua instanter uerbo dei operam dant, &

i sciunt

COMMENTARIORVM APONII IN

Sciunt se, aut in integritate prædictæ uineæ coronari, aut in lësione damnationis poena multari. Illi quām maxime in hoc loco admoneri uidentur, qui ex secularium literar̄ peritia, uelocitate possunt ad mundandam uineam, philosophica arte, reciprocis argumentis resoluere falsa ligamenta sententiarum: Sicut Historia Ecclesiastica refert post discessum Apostolorū ex ipsis autoribus literarum magistris, ex generali errore conuersis, & populo Christiano magnis a' sacerdotibus constitutis, uelut sagacissimi canes, ut profunda syllogismorum supradictarum uulpium cubilia rimaretur. De quibus dicit Psalmographus:

Psal. 67. Lingua canum tuorum ex inimicis. Nam uulps mansuescere nō possunt, ita & autores hæreticorum etiam capti & iam uicti, nunq̄ redeūt ad salutem: eo q̄ per sapientiā, uel scientiæ tumorē, ulro in mentibus suis locū parauerint diabolo p̄suasori. Quorū oīs fiducia nō in uirtute ueritatis, sed in calliditate profundæ dialecticæ artis est. In quaꝝ uulpiū parte (i.e. in inferno) erunt oēs, qui martyres iugulauerūt. De qbus Ecclesia dicit in Psal. Ixij. Ipsi uero inuanū quæsierunt aīam meam, introibunt in inferiora terræ (hoc est, in tartara) tradentur in manibus gladij (quod est, pccnar̄ angelis) partes uulpiū erunt. Et ut ostenderet saluator cui personæ in scelere participes essent hæreticorū autores, ita de interfectore beati Ioannis Herode pronūciat: Ite, inquit, dicite uulpi illi: ecce ego hodie & craftino facio uirtutes, & tertia die cōsummabor. Docetur ergo, sicut per Herodem paruulos in corpore interfecit diabolus (fecit) quia par fuit utiq̄ in crudelitate intersector prædicti Ioannis) ita & per hæreticos, paruulos in doctrina euāgelica, quasi uineas exterminat. Vulpes enim, paruulas adhuc nouellasq̄ uineas facilius demoliuntur, ut quæ non alte adhuc à terra surgant. In quo uersiculo uidentur, ut dictū est, sacerdotes moneri, quibus docendi officium est cōmissum, uigilanter doctrinæ opā dare, uel uitæ immaculatæ exemplo, ad eos uel maxime, q̄ adhuc paruuli sunt in Christo; de quibus dicit nunc præsentī loco: uinea floruit. Nam dupli ratione intelligit quod ait, nostra: siue suam dixerit & patris, siue Ecclesiam sibi coniunctam participem dicat. Venit ergo per incarnationē sermo patris in uineam, gentem Israel, & propagines de ea per Apostolos toto mūdo porrexit, & fidei germine, de singulis gentibus singulas uineas fecit, & ad singularem boni operis fructum sponsam inuitat ad congaudendū in uineis. Quas cum flores credulitatis uidisset præferre, ante p̄parat uenatores uel custodes, qui uulps capiāt, q̄ flores maturos fructus parturiant. De quorū numero est unus, qui dicebat: Corripienes omnem hominem, & in captiuitatem redigimus omnem scientiam, extollentē

Luc. 13. g. 1. Ioa. 1. a. Coll. 1. d. 2. Cor. 10. b.

1. Lingua canum tuorum ex inimicis. Nam uulps mansuescere nō possunt, ita & autores hæreticorum etiam capti & iam uicti, nunq̄ redeūt ad salutem: eo q̄ per sapientiā, uel scientiæ tumorē, ulro in mentibus suis locū parauerint diabolo p̄suasori. Quorū oīs fiducia nō in uirtute ueritatis, sed in calliditate profundæ dialecticæ artis est. In quaꝝ uulpiū parte (i.e. in inferno) erunt oēs, qui martyres iugulauerūt. De qbus Ecclesia dicit in Psal. Ixij. Ipsi uero inuanū quæsierunt aīam meam, introibunt in inferiora terræ (hoc est, in tartara) tradentur in manibus gladij (quod est, pccnar̄ angelis) partes uulpiū erunt. Et ut ostenderet saluator cui personæ in scelere participes essent hæreticorū autores, ita de interfectore beati Ioannis Herode pronūciat: Ite, inquit, dicite uulpi illi: ecce ego hodie & craftino facio uirtutes, & tertia die cōsummabor. Docetur ergo, sicut per Herodem paruulos in corpore interfecit diabolus (fecit) quia par fuit utiq̄ in crudelitate intersector prædicti Ioannis) ita & per hæreticos, paruulos in doctrina euāgelica, quasi uineas exterminat. Vulpes enim, paruulas adhuc nouellasq̄ uineas facilius demoliuntur, ut quæ non alte adhuc à terra surgant. In quo uersiculo uidentur, ut dictū est, sacerdotes moneri, quibus docendi officium est cōmissum, uigilanter doctrinæ opā dare, uel uitæ immaculatæ exemplo, ad eos uel maxime, q̄ adhuc paruuli sunt in Christo; de quibus dicit nunc præsentī loco: uinea floruit. Nam dupli ratione intelligit quod ait, nostra: siue suam dixerit & patris, siue Ecclesiam sibi coniunctam participem dicat. Venit ergo per incarnationē sermo patris in uineam, gentem Israel, & propagines de ea per Apostolos toto mūdo porrexit, & fidei germine, de singulis gentibus singulas uineas fecit, & ad singularem boni operis fructum sponsam inuitat ad congaudendū in uineis. Quas cum flores credulitatis uidisset præferre, ante p̄parat uenatores uel custodes, qui uulps capiāt, q̄ flores maturos fructus parturiant. De quorū numero est unus, qui dicebat: Corripienes omnem

callid

Callidissimam uulpem captiuauit, magnum illū Elyman, proconsulis exterminantem uineam mentis: Nam siue dæmones uulpes intelligatur, siue peruersi doctores, per quos dæmones loquuntur blasphemias, utrumq; conuenire manifestum est: per quos mentes hominum, in quibus habitat recta fides Ecclesiæ, disterminantur. Quorum extermīnū uel occultas insidias ut cauere mereamur, inde sinenter Christi domini nostri adiutorium imploremus. Cui est gloria & imperiū in secula seculorum. Amén.

Act. 13. b

FINIS LIBRI QVARTI.

COMMENTARIORVM D. APONII

IN CANTICA CANTICORVM

LIBER QVINTVS.



Ilectus meus mihi, & ego illi: qui pascitur inter lilia,
donec aspiret dies, & inclinentur umbræ.
Coniuncta itaq; Ecclesia Christo, hoc est, anima uerbo
dei, ut eam abundantiore gaudio cumulet, per omnia, &
in quibus ipse per lætitiam pascit, & quo ipse delectetur in ea, ostēdit:
Et quid illa respondere debeat pro tantis beneficijs, edocetur. Sponsus
uidelicet decoram faciem in ea semper uidere desiderat, quæ nulla pec
cati nigredine sit maculata, non turpiū uerbore mendacijq; umbris ab
sconsa, uel blasphemiar; rauicedinē uoce horrida, sed dulcedinem suis
laudibus resonantem: ut retro iam dixerat: q; facies tua decora, & uox
tua suavis. Ille tiocat eā ad paradisum scientia legis suæ: Illa ei ex fru
ctu uoluntatis suæ, ternalitia pascua præparat castitatis: in quibus eu
præsenti loco pasci pronuniat dicendo: Qui pascit inter lilia. Quāta
aut̄ gaudia posita fuerint, suis consodalibus adolescentulis læta expo
nit dicendo: Dilectus meus mihi: gratia (inqt) uocationis, redemptiōis
insigne, adoptiōis clarissima libertate. Et quid ego illi: Voluntatis o
bedientiam, conseruandę integratatis studium, quod indidit per natu
ram. Quid ille mihi: Singulare conseruandæ uirginitatis exemplum,
nascendō per uirginem. Et quid ego illi: Singularem lætitiam, denuo
nascendō per baptismū, in toto corde méo seruando præcepta, angelic
am, cœlestēm q; imitando naturam, ut intactū corpus redeat ad para
disum, qd̄ intacto de utero matris induxerat nascendō in mundū. Nā
sicut diabolus cruenta iracundia, & execrando cœno libidinis sagina
tur, ita & Christus dei filius, misericordiæ, mansuetudinis, uel castimo
niæ lilijs pascit. Licet & eum aluerint & alia bona. Tres illi pueri He
braei tamen, castitatis dilectione missi inter babylonicas flamas, in eis
medius ardente fornace, quasi inter lilia pascit: cuius p̄sentia caminus

i ij in para

in paradisum, & furor ignis in rorem mutatus est: & qui ad deuorandum suscepisti erant, uelut materno gremio fetus, refrigerij imbre perfundunt. Et hoc quod illis legimus deū fecisse, usq; in finē præsens uerſiculus ostendit futur: eo quod semper pasca mansuetudine, semp requietat in cordibus diligentium castitatē, dicendo: donec aspiret dies & inclinentur umbræ: hoc est, donec dies ille iudicij uerus adueniēdo. aspiret: & huius seculi caducar: rerum umbræ, quæ nos impediunt iustitiae perfrii sole, inclinentur cum suis amatoribus in chaos inferni.

Reuertere, similis esto dilecte mi, capreæ, aut hinnulo ceruorum super montes Bethel.

In hoc loco opinor per eos intelligi loqui Ecclesiā, qui in carne posito dño Christo adhærebant: qbus de futuro passionis mysterio exponēs dicebat: Ecce uado ad patrem meū, & nemo uestrū interrogat me quo uadis? Sed tristitia occupauit cor uestrū: Et quibus dicit: Nō uos dere linquā orphanos, sed uado & ueniā ad uos, & iterū uidebitis me, & gaū debit cor uestrum. In quo uersiculo doceat & domini resurrectio prænunciata. Et sicut Apostoli in eo pauebant, perterriti insidijs iudicior: ita anima sine adiutorio spiritus sancti, nuda quodāmodo & inermis, insidijs dæmonum deterret. Quæ quū delectabiles oper: illos retrodictos flores, ad pascendum dñm in sua parauerit mente, gaudēs dicit: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Cum aut̄ aliquid ei contrariū negligenter cōmiserit, prolongat ab ea: q̄ prolongante, ad propinquare necesse est iniūcū: quæ p̄ hanc uocē emendationis, reuocare ad se prolongantē doceat, ut p̄ correctionē uitæ, fiduciā sumat dicēdi: Reuertere, similis esto dilecte mi, capreæ, aut hinnulo ceruorum sup montes Bethel. Prolongatio scilicet Christi ab Ecclesia tunc est, qñ negligentia eorū, qui pr̄sunt populo Christiano, ad castigandā plebem tribulatio induci pmittit: cū siccitas, uel nimius imber, aut gladius, uel fames, seu pestilentia uindex grassat. Reuersio aut̄ eius est, dū precibus, ieunijs, lachrymisq; ad misericordiā inclinatus, ad uestigia pietatis suæ uelocius recurrit q̄ prosilierat uindicando: similis factus cursus uel cōsuetudinis capreæ hinnuloq; ceruorum: quare natura est, uoce ante se in motibus resonante post tergū emissā, dū obuiam sibi opinant̄ occurrere q̄ppiam, ad locū unde abcesserant uelociore cursu reuerti. Et haec est causa, ut exasperata ab hostibus, consuetā noluit derelinquere sedem: sicut & Christus dñs noster, quāuis prouocatus, quāuis exaspatus peccatis hominū, pietatis tamen non derelinquit cōsuetam sedem. Super montes uero Bethel, q̄ eū reuerti peccator, in cuius finibus crucifixus est, uelocitate resurrectionis die tertia celebranda prophetasse mōstra tur. Nec moralis siquidē amittendus est sensus. Vnusq; eī credentium

tium deo, ipse se fecit montem dei per sanctam cōuersationem: aut mō
tem diaboli peruerse uiuēdo. Bethel scilicet, domus dei interpretatur.
Quicunq; ergo ita exhibuerit uitam suam, ut in eo delectetur spiritus
sanctus habitare, mōs efficitor, domus dei, quæ est Ecclesia eius. Super
hunc ergo, si qn̄ offensus peccatis populi prolongauerit, reuertit̄ Chri
stus; hoc est, ipsius precibus reuocatus a uindicta, ad pietatis cōsuetam
reuertitur sedē: Sicut flentibus Apostolis, uel sanctis mulieribus, quæ
secutæ fuerant eum, reuocatus dominus Christus, eorū præsentia red
ditur a mortuis resurgendo. In quibus geminum luctum Ecclesiam ha
buissé probatur dominum lamentando: Vnum uidelicet, gloriosum
uultum eius, & uerba doctrinæ recolendo: Alterum, quia non licebat
in die, propter metum persecutorum, eius requirere sepulchrum, sed
furtim in nocte requirunt dominum in monumento: cum angelus di
cit mulieribus: Quid quæritis uiuentem cū mortuis? cum diceret Ma
ria: Tulerunt dominum de monumento, & nescio ubi posuerunt eū:
Et anxi pauentes Petrus & Ioannes, ad monumentum concurrerent,
Sicut uox Ecclesiæ nunc in sequentibus ait:

In lectulo meo in noctibus quæsiui eum quem diligit anima mea:

quæsiui & non inueni: & uocauī eū, & non respondit mihi.

Hæc ergo prenuntiata sunt, quæ consummata agnoscimus in domini
sepultura, dum mulieres ad sepulchrum, ut dictum est, peruigilant: cū
Apostoli intolerabiliter lugent. Sed amplius hæc ad animam referen
da sunt, id est, ad moralem sensum, Sic ut per supradictas personas le
ctum suum Ecclesia Christi sepulchrum dixisse intelligatur, ubi cer
tissime in adsumpta carne, quæ participium est corporis, iacuisse pro
batur: Ita & unaquæcā anima, non alibi requiem poterit inuenire, ni
si ueram eius passibilem carnem confitendo, ueramq; impassibilem di
uinitatem in cruce: aliud in sepulchro mansisse per triduum, & aliud pe
netrasse inferna ad liberationem iustorum. Lectus nāq; requiei locus
est, ubi infirma, lassaque consueta sunt membra requiescere. Quā requiē
anima, si fidem accōmodauerit Euāgelio, in Christi sepultura inueniet,
ut ex persona Ecclesiæ ostendit spiritus sanctus in eius sepultura hanc
requiem inueniri. In hoc lectulo in noctibus quē diligit perfecta anima
querit, i.e. in tetra & tenebrosa p̄secutoru plebe Iudaica, ibi inuenit eius
sepulchrum, ibi inuenit suæ requiei lectū. Illuc enim de omni mundo, de
omni gente cōcurrat multitudo credentium animarū, regem suā, dei fi
lium, regredō, qui dixit: Tollite iugum meū super uos, & discite qā mi
tis sum & humili corde, & inuenietis requiē animarū uestris. Illuc utiq;
p noctes in multis secretis cogitationib; credendo multitudo animarū, suę
voluntatis gressus extendit. Sed licet laborem querendo impendat,

Math. 28. c
Luc. 24. a
Ioan. 20. c

Luc. 24. a

Ioan. 20. a

Math. 11. d

non tamen inuenit quem requirit, nisi inluxerit dies. Nihil enim legimus, in principio dum ornata fabrica mundi, dominum operatum in nocte, sed lux per lucem, in luce diei omnia condidisse monstrat. Docet uis deliciet & hoc modo posse intelligi praesentem locum, quod quæsitum in noctibus, i.e. peruersa fide, multis & obscuris syllogismoribus discussionibus dei filium non inueniri. Quicunq; em solum hominem credit Christum, non inuenit eum. Et quicunq; deitatem non credit in Christo, uocat qdē in noctibus peruersorum sensuum suorum dominum dei filium, sed non respōdet ei: sicut non respondit Sauli regi, a quo recesserat deus. Sine causa igit laborem impendit quærendo, qui equalē hominibus absq; peccato, & coæternum patri, non fuerit utraq; natura confessus deum, qui redemit hominem, & per quē redemit perditos deus. De quo dixit propheta

Psal. 48. Dauid: Frater non redimit, redimet homo. Sicut ergo supradicti apostoli, uel sanctæ mulieres, intolerabili desiderio quærebant eum in sepulchro, ita & anima, dum cœperit deum sitire, quærit eum in lectu

2.Cor. 2.b lo sensus sui in noctibus, i.e. in multis secretis cogitationibus: quomodo potuit dñs maiestatis crucifigi secundū Apostolum: uel quō potuit homo crassioris naturæ celo recipi ascendendo? Sed cū surrexerit de humili & terreno lectuli sui sensu, & cœperit discurrere p diuinorum librorum apices: quos præsentī loco uicos & plateas appellauit: & earū habitatores, i.e. qui in eis meditentur diē ac nocte) interrogauerit, tunc agnoscet, q omnipotenti impossibile nihil sit, sicut nunc etiam ait.

Luc. 1.d Exurgam & circumibo ciuitatē, per uicos & plateas quæram quē diligat anima mea: quæsiuī illum & non inueni. Inuenērū me uigiles qui custodiunt ciuitatē. Num quē dilexit anima mea uidistis? Paululum cū pertransisset eos, inueni quē dilexit anima mea. Tenui eū, nec dimittam, donec introduca illum in domum matris meæ, in cubiculū genitricis meæ. Ab his ergo, a quibus inuenta est diligens anima deum (quæ secundū corporalia amore cœlesti inflamat) qui angelorum uices agunt, qui ita custodiunt rectam fidem, sicut angelorum custodia erga animas contradæmonū impugnationem, iussu creatoris constituta probatur: qui uigilant in uerbo doctrinæ diuinæ: de quibus dicit Propheta: Beati qui scrutant̄ testimonia eius: Qui ciues quærenti animam Christū possunt dicere:

Psal. 118. Et non habebat decorum, neq; spaciē, & quasi humiliatus & absconditus uultus eius: Ipse autem uulneratus est propter peccata nostra, & adstritus est propter scelera nostra, & oblatus est quia ipse uoluit: generationē eius q; enarrabit. Hæc igit audit in uicis & plateis circuens ciuitatē. Ciuitas ergo recta intelligit fides, uici Prophetæ, plateæ vero pia intellēctua incarnationis: uigiles autem q; hanc circuēunt ciuitatē, supdicti die no

et uicis

Et uicq; in lege domini meditantes, qui quærenti animæ sponsum iter demonstrant, quomodo uerum deum, uerumq; hominem credendo inuenire possit. Nam ausulta quid ei quærenti in plateis Euangeliste ore beati Ioannis respondeatur: Vidimus, inquit, gloriam eius; non il lam passionis, ubi celatur diuinitas, quam predixerat Esaias futuram, Sed illam resurrectionis, in qua unus cum patre est; de qua dicit: Gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratia & ueritate: Et est lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. Hos utique prædictos cum pertransierit uicos & plateas ciuitatis, civesq; & quam uis meditationem, lectionemq; assiduam, inuenit quæ diligit anima eius. Inuenit eum scilicet in propheta Esaias dicente: Ego dominus, primus, & ego nouissimus: ante me non fuit deus, & post me non erit aliud. Ego & manus mea extendit celos, & omnibus sideribus eius lucere mandaui. Ego feci terram, & hominem super eam creauī, & spiritus a me procedit, flatus omnes ego facio. Et dum exposuisset diuinitatem suam, prædicit incarnationis infirmitatem alio loco in sequentibus dicendo: Hæc, inquit, infirmitas mea est, & ego portabo eā; Tunc, inquam, procul dubio inuentus est a quærenti dilectus Ecclesia Christus, quādo eum testimonio prophetarum uerum deum, ueri hominis infirmitatem portasse agnouerit. Nam cum pro omnium salute occisus ponitur in sepulchro, prolongatur ab Ecclesia, id est, de cordibus adhærentium sibi, dum solum hominem eum opinantur: & tūc eum quærere dicitur supradicta, & non inuenire. Vbi autem angelorum testimonio, qui mortuus homo lugebatur, asseritur surrexisse ut deus: uel ubi ipse se resurgens ostendit dicendo: Videte, & palpate, & quia ego ipse sum, & nō sum phantasma: inuenit eum sponsa, & inuenit tenuit: nec iam ultra dimisit eum, firmissima fide uerum deum, & uerum eum hominem confitendo. Donec introduceret eum in domū matris suæ Synagogæ (cuius doctrinæ adoleuerat lacte, unum deum coeli credendo) hoc est, persuaderet plebi Iudaicæ prædicando deum maiestatis crucifixum, quæ eum blasphemandum docebat: Et in cubiculum genitricis suæ: in eius scilicet plebis secretum mysterium regenerationis, quæ illi per baptismum beati Ioannis genitrix fieri cœpit. Cuius bono exemplo in baptisme in notitiam perfectæ trinitatis gentita est: Sicut ait: Tenui eum, nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Donec ergo, siue ueteris testamenti doctrina, siue per baptismum Ioannis, quāuis de cœlo fuerit datum, nō nisi introductione Christi per spiritū sanctū firmari inuenit Ecclesia utiq; in apostolis post resurrectionē. Et introduxit eū in domū p̄dīcte matris siue synagogæ, exponēdo prophetias, quæcunq;

Esai. 41. b
Esai. 43. b
Osee. 13. b

Hiere. 27. a

Hiere. 10. c

Luc. 24. f

COMMENTARIORVM APONII IN

quæcunq; uenturum promiserat: Et introduxit eum in cubiculum an
tredictæ genitricis suæ, ueram eius redemptionem humani generis o-
stendendo, quæ in mysterio sacri baptismatis celebratur. Lex nanque
lactat Ecclesiam, gratia generat. Recte ergo usq; ad Christi aduentum
primum mater ponitur Lex, ad quam nos gratia generatos cœlo alien-
dos transmittit. Iam enim a Christi aduentu gracia præcedit: quia or-
mnis natus, nisi renatus per gratiam, nec putabitur natus. Mater em a
lactis mammæ porrigo, & a generando genitrix nuncupatur. Et
sicut lactantibus præ omnibus alimonij necessaria sunt ubera lactis,
ita & animabus generatis per gratiam, præ omni censu terrenō neces-
saria est obseruantia legis diuinæ, ad quā nos gratia nutriendos trā-
mittit. Cum ergo legem diuinam mundo legeris corde, & quæ præce-
pit facienda docueris, exultantem Christum in domū matris inducis:
Cum autem eius mirabilia mysteria differere fueris dignus, & cœco lu-
dæo & gentili, gratiae (donum, ueram humani generis redemptionem
annunciando, Christum rehascentem in cubiculum genitricis intro-
ducis.) *

Temporis iniuria
deprehēdimus hic
peruetustum illud
exemplar mutulum
ut in quo desidera-
rentur aliquot pa-
ginæ, ab hoc uersi-
culo, Adiuro uos,
usq; ad uerfulū,
Media charitate &
strauit: in eis locū
substituimus ea q; Lucas qdā, cuius
an̄memoramus, in
Canticā edidit: ob
id potissimū, q; pbr
eius uerbis, &
quasi sumariolis,
noſtri huius auto-
ris sententias per-
strinxit, ipsius etiā
uerbis nusq; im-
mutatis.

Adiuro uos filiæ Hierusalem per capreas, ceruosq; campō-
rum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam donec
ipsa uelit.

Vbicunq; autem in hoc Cantico similia uerba rep̄etuntur, diuersis te-
poribus, credentium diuersorum populorum personæ introducunt.
Hic nanc; illius plebis persona uidetur induci, quæ post ascensionem
Christi persecutionibus & tribulatiōibus fatigata, in securitatis som-
no requiescit. Plebs Hebraica mihi dicta uidetur usq; ad hunc locum:
cuius erat cor unum & anima una. Ideo aut̄ repetit hunc uersum spon-
sus, ne minorem eum Ecclesiæ ex gentibus congregatæ, quam Iudei
habere sollicititudinem putares.

Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut uirgula fumi
ex aromatibus myrræ & thuris, & uniuersi pulueris pi-
gmentarij?

Hanc ergo opinor plebem per desertum ascendentem, quam doctoř
gentium Paulus ab Hiericho usq; ad Illyricū congregatam, & unguē-
tis doctrinæ delibutam, mysteriorumq; coelestium aromatibus asper-
fam, usque ad pacifici regis lectum perduxit: sicut reor, enī lectum Salo-
monis. Hoc ergo miraculum est plebi Hebreæ, gentium Ecclesiam as-
cendentem per desertum ad altitudinem lecti notitiæ Christi. Vere enī
desertus est locus ubi Christi nomen non fuerit nominatum. De
qua ergo dicitur: Et gentibus aperuit deus ianuam misericordiæ. Nā
quemadmodum mortificandæ gentes miratæ sunt Ecclesia Israël ascen-
dentem

dentem de Aegypto per desertum, ita miratur plebs Hebræa ascēden tem Ecclesiam per arduam conuersationis uiam, de Aegypto erroris; Et sicut multa suauissimi odoris in unū puluerem redacta, ad delitias regum a pigmentarijs aromata præparantur, & dum sunt multa in unū corpus collecta, una magni odoris uirgula, vaporata ignibus, red ditur: ita unanimitate multorum populorū confessio rectæ fidei & rationum, unum suauitatis odorem in conspectu dei reddere demonstratur; uelut pigmentarius rationalis, cōgregat sensus cœlestia aromata,

En lectulum Salomonis sexaginta fortés ambiunt ex fortissi mis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: u niuscuiusq; ensis sup femur suū ppter timores nocturnos.

Supra, lectum sepulchrum diximus, hic autem sublimius aliquid demonstratur. Salomon pacificus interpretaſ, Israel mente uidens deū. Et quis alius pacificus nisi Christus? Hic sibi lectum fabricauit in uir gine Maria: quia etiam super animam sibi obedientem requiescere cō probatur. Sexaginta uero, angelorum ministeria demonstrantur: de quibus dicitur: Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt & ministrabāt ei. Quod per singulos sensus corporeos, uisus, auditus, odoratus, gustus, tactusq; qnquires duodecim, hoc est, sacrato sexaginta nūero, in ea glorioſa mysteria impletū. Fortissimi uero quod dixit, ostendit plus sanctos posse, quam dæmones. Tenentes gladios: præceptum eos eiusdē creatoris semper tenere edocuit. Ad bella doctissimos ait, quo per sanctitatis bonum amplius doctores posse dæmonū præuidere malorum insidias ob custodiā animarum, quam illos no cendi arte excogitare monstraret. Ex fortissimis Israel, quod ostēdit, ministeria ista de illo exercitu esse, qui semper faciem patris uident in cœlis. Et quod ait: Vniuscuiusq; ensis super femur, & reli, edocuit an gelos sanctos contra singulos principes uitiorum, qui supradictos ob sident sensus, spiritualibus armis accinctos, propter insidias eorum no cturnas, & occultaſ.

Math. 4. b

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Lybani, Columnas eius fecit argenteas, Reclinatorium aureum, ascensum pur pureum, media charitate constrauit propter filias Hierusalem.

Inducimur itaq; in chori cantantis persona, a persona Apostolorum narrantium quātam gloriam parauerit ad nuptias rex iste pacificus. Non dubitandum quanti saporis sint pulmentaria ferculo imposta, cum eum agnoueris. Thuris quoq; succus soli omnipotenti deo in o dorem suauitatis adolebatur. Libanus interpretatur lingua nostra cā didus uel candidatus. Videtur ergo mihi hoc ferculum domini in cru

ce intelligi, ubi totius mundi uitam, licet nesciens, Iudeus imposuisse probatur. Sicut dñs testatur: Nisi manduaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ferculum autem a ferendo nomine accepit: quod dicit de lignis Lybani factū: in quo monte lex data est: quod ferculum crucis, secundum hæc mystæria de lignis cedrinis factum, non erit incongruum intelligi. In cuius columnis argenteis, uerum, immaculatumq; a contagio peccati corpus candescit, & gloriæ animæ aurí rutilat fulgor: in qua usq; nunc dei sermo reclinatoriū habere probatur: Et corporeus, regalisq; deitatis coruscat sensus. Hæc quippe tria in prædicto ferculo crucis suis, absq; iniuria deitatis, nullus recte fidei dubitauit. Et quicquid per pacificum regem agnoueris consummatum, hoc & in Apostolis, qui cum eo unum effecti sunt, conuenit: in quibus est recta fidei, & castitas, & martyrij gloria. *

Media charitate constrauit, propter filias Hierusalem.

Hic rursus loquitur Aponius.
1 Cor. 15.b De hac charitate dominus in Euāgeliō dicit: Nemo maiorem hac charitatem habet, ut ponat animam suam pro amicis suis. Est ergo firma charitas inter mediū humanitatis & maiestatis constrata, ut adsumendum hominē paradiſo redderet, quod homini tulerat hostis. media charitate constrauit, humiliando se charitas dei usq; ad ignominiam crucis, pro suæ maiestatis imagine reparanda. media charitate constrauit resurrectionis accelerando mysterium, ne inter moras, electi etiam eius, incredulitatis offendiculo colliderentur. Hæc sunt proculdubio tapetia charitatis, quæ media humanæ naturæ & maiestatis consternuntur, propter sanctorum animarum salutem, & gaudia filiarum illius supernæ Hierusalem. Hæc est utiq; constrata charitas, quæ omnia sustinet, secundum Apostolum Paulum, quæ calcata nūquam cadit, sed allisos erigit suæ humilitatis exemplo. Hæc igitur filiae Hierusalem, quæ ante supradictum thalamū ludunt, nisi constratæ sœpe dicta charitate, fierent paululum consternatae: Nunc miraculis coruscante die desponsationis pacificæ, toto tripudiant corde: Et non solum ipsæ, sed etiam filias Sion ad societatem lætitiae, ad stupendum decorem sponsi inuitant dicendo:

Egredimini & uidete filiae Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius, & in die lætitiae cordis illius.

Ad hanc utiq; letitiam, ad hoc miraculum, ad huius tam profundi mysterij contemplanda secreta, non infirmæ aut paruæ scientiæ animæ conuocantur, sed perfectæ, quæ aliud in rege Salomone pacifico, qui Ephe. 2.c est pax nostra, intelligere possent intrinsecus, aliud peruidere extrinsecus
Act. 1.b

secus. Sion em̄ mōs est, unde dñs ascēdit in celos; in q̄ uel in cuius finib.
 h̄c quæ exponunt ab initio mūdi mysteria, pluxerūt; q̄ mons specula
 uel habens speculam interpretatur: qui ex eo tempore nomē accepisse Gen.22.b
 Sion adprobat, ex quo in eo Abraham filium suum Isaac ad uictimam
 duxit, & ibi uidit Abraham redēptionis humanæ in Isaac & ariete
 futurum misterium: aliud deuotione mentis, & aliud manibus immo
 latum: Et uocauit nomen loci illius, dominus uidit, uel, dominus uisus
 est. Quæcūq; ergo animæ harum personarum lacte doctrinæ fuerint
 doctæ, & effectæ fuerint quales sunt prædicti immolatores, per quos
 mons nomen accepit: quæ circumspete in fide trinitatis, inter cætera
 opera bona, uitam suam duxerunt: & quibus ita in corde equalitas tri
 nitatis ostenditur, sicut prædicto Abrahæ in effigie angelorum in ta
 bernaculo ostensa probatur. Ista filiæ Sion (beatam nanque animam
 Abrahæ figuraliter intelligi dictam Sion, non erit incongruum opina
 ri, quæ uere ut mons inter alias animas eminētior adprobatur: in qua
 deus uelut in monte excelsō speculator cōsistens, ad eius uitæ exemplū
 om̄nes animas hortatur ascendere) quæ eius imitatrices effectæ, eiusq;
 doctrina generatæ, ipsas necesse est intelligi filias Sion appellari. Et iſ
 stæ inuitantur ad regis insignia peruidenda. His dicit: Ereditimini &
 uidete filię Sion regem Salomonem in diadematè quo coronauit eum
 mater eius, in die desponsationis eius, & in die letitiæ cordis illius. Ad
 has utiq; fit sermo in similitudinem chorū cantantis per doctrinæ A
 postolicæ os; ut dum audiunt præclarum exponi misterium passiōis,
 diemq; salutis totius mundi, quod impijs ignominia uidebatur, egre
 diantur de cōclavi ignorantiæ ad ueræ scientiæ aulam, de sensu Iudaï
 co ad apostolicæ lucem doctrinæ: per quam uideant seminum specimē
 in una salutis uictoria, aliud moriens, aliud semper uiuēns, aliud coro
 natum spinis à crudelissima matre, aliud exaltatum semper manens
 cum patre, id est, uerum hominem ab scelerata matre synagoga uisibi
 liter coronatum spinis, & uerum deum, uerbum patris, ipsam creden
 tium plebem, quæ de illo cretur, pro corona inuisibiliter gerent: Si
 cut ei per Esaiam prophetam dicendo promittitur: Vocabit tibi no
 men nouum, & eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regis
 in manu dei tui. Crudelis mater spinis uisibilibus coronauit filium pa
 cificum regem: Clementissimus uero filius, sua morte inuisibilibus eā
 gemmis, si credat, ornauit. Illæ igitur animæ ad epulas intelligentiæ
 huius mysterij inuitant, quæ possunt capere magnæ gloriæ esse illius
 inuisitionis, funebrisq; spectaculi diem, quando sibi quasi tradito anulo
 in conspectu omnium uirtutum cœlorū effuso pretioso sanguine, de
 spondit Ecclesiæ: quando sacrilega mater spineo diadematè coronauit

Esaie.62.a
Esaie.28.b

k ñ eum

COMMENTARIORVM APONII IN

eum Synagoga. De qua prædixit Dauid in. cvij. psalmo: Peccatum
 tristis eius non delebitur: quia crudelior stetit mulieribus adulteris & ho-
 micidis, que crudeliter furtimq; generatos filios crudelius trucidant:
 quæ gloriose editum, morte turpissima condemnauit. Ostendunt ergo
 filiabus Sion, desponsatiōis dies, inter dei filium, uerbum, & Ecclesiā,
 in eius passione celebratos. Desponsationem enim anuli, & osculi tra-
 ditionem, corporis & sanguinis sui sacramentum, sub passionis tēpo-
 re in Apostolis tradidisse probat. Quod ergo in capite huius Cantici
 Ecclesia precatur ad patrē sponsi, dicendo: Osculet me osculis oris sui,
 nunc præsenti loco, quomodo consummatū sit, figuris enarrat. Diem
 uero lætitiae cordis Christi esse spiritus sanctus edocuit, die qua lugis
 briter gaudebat Iudæus, & lætitiae lachrymas in morte Christi funde-
 bant Apostoli, lugebant & elementa, pendebant in patibulo condem-
 natum: sed lætabat qui pependit: quoniam mors pendentis, omnibus credē-
 tibus uitam & gaudia adportauit. Cordis utiq; erat lætitiae dies domi-
 ni Christi, quando meretrix lachrymas fundendo, raptor quadruplo
Math. 9. b
Luc. 23. f male direpta restituendo, publicanus relicto telonio, præsentibus lu-
 cris contemptis, sequendo: latro uociferando regnum cœlorū a se lon-
 ge alienum peruersisse monstrat. Sic quippe coronatus a matre pacifi-
 cus, que eum secundū carnem genuit synagoga, rex Christus, uerus Sa-
 lomon. Et hec fuit dies despōlationis, cordisq; lætitiae, cū immaculatus
 cōiungit maculatis, quatinus sui corporis & sanguinis tactu, efficeret
 immaculatam Ecclesiam: quā ab omni macula peccatorū mundatā sa-
 cro sancto baptisme, & omni ruga hæreticæ attractionis doctrinæ
 iuto extensa, pulcherrimam reddidit Iesus Christus dominus noster.
 Cui est gloria & imperium in secula seculorum.

FINIS LIBRI QVINTI.

COMMENTARIORVM D. APONII
 IN CANTICA CANTICORVM
 LIBER SEXTVS.



Vām pulchra amica mea, quām pulchra es, oculi tui
 columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet.
 Abrasa scilicet oīm uitiore consuetudine carnis, & a mul-
 torū deorū turpiū cultu, ad unum uerū deum cōuersae Ec-
 clesiæ gentiū, & aīæ, & corporis geminam pulchritudinē, laudat dñs
 Christus. Prima est enim aīę pulchritudo, ut cognoscat factorem suū.
 Secunda, ut semetipsam agnoscat, qualis uel cur creata sit. Deinde pul-
 chritudinis ornamenta sunt, desinere a malis operibus & facere bona,
 ut iurgia fugiat, pacem & charitatem sequatur, & casto auditu aures
 ornentur, ut uerecundiæ retinaculis ab omni quod turpe est, oculi tes-
 norū

neantur, ut qui consueuerant in modum accipitris inhiare ad prædā, ad concupiscendum aliena & lasciuia, nunc agnito Christo, columbarz simplicitate compositi, misericordie, mansuetudinis, & castitatis lumine eoruscant. Nihil enim inter cætera membra Ecclesiæ, nisi hi, qui ocu-
lorū uices agunt, primum laudantur: eo quod non sit in omnibus mem-
bris corporis quicq; oculis charius. Exemplo suo ergo huiusmodi per-
sonæ, uel sermone doctrinæ ducatum toto corpori Ecclesiæ prebēdo,
in mansuetudine, in simplicitate, in castitate, cōgrue oculi Ecclesiæ nū-
cupari intelligunt: et harū auium oculis comparantur, quarum natura
est aduersarium uenientem delonge uidere. Circūspecte igitur uiuen-
do, nullum offendiculum ponendo uiuentibus, columbarz oculis cō-
parantur. Quando uero ita intrinsecus deo reddunt decorum mentis
aspectum, securis foris hominibus, ipsum est quod a' Christo cultū lau-
datur, quicqd illud boni operis fuerit, dicendo: Oculi tui columbarz,
absq; eo quod intrinsecus latet: ut quicquid agunt, totum deo, & nihil
ad laudem hominum & uanæ gloriæ detur.

Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de
monte Galaad.

In oculis, ut dictum est, duces, rectoresq; populi Christiani, id est, sacer-
dotes intelliguntur: in capillis uero, religiosorum diuitium persona
monstratur: qui delicatis tegminibus contexti, auro gemmisq; resplē-
dent, fragrantissimis pulueribus aromatū spargunt, delibuti unguen-
to, seruulorū ministerio stipati, lumine rectæ fidei suæ & misericordie
decorati, totum Ecclesiæ corpus exornant. Hi em̄ propter quod in re-
bus corporalibus iocundant, & apostolicam philosophiam, grauitas
te sequi non possunt, caprarz gregibus cōparant. (& quanti) reddēdo
diuitias, capilli Ecclesiæ esse meruerunt. Et nō quibuscūq; capris, qua-
si uilibus, comparantur, sed his quæ ascenderunt de monte Galaad. Ga-
laad nanque transmigratio testimonij interpretatur. Iustæ sunt uti-
que animæ, quarum malicia & testimonium ad bonitates per conuer-
sionem rectæ fidei transmigravit. De quibus dicebat Paulus Aposto-
lus: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino: Et quibus
dicebat: Gloria mea & corona mea uos estis, si stetis in domino. Quæ
ex rapacitate ad misericordiam, ex multorum cōplexuum inluuie, ad
unum legitimum coniugium castum, ex omni mendacio ad omnem
ueritatem, ex omni lasciuia castæ, ad unius domini creatoris laudem
in perpetuo transmigrates. De monte autem descendere dicitur, & in
montem ascendere: sed istæ animæ, q; ex deterioribus ad meliora trās-
migrasse docentur, laudantur utiq; de monte Galaad nō descendisse,
sed ascendisse. Caprarum enim consuetudo est, cum lasciuia cursu de-
k in monte

Ephes. 5. b
Philip. 4. a
1. Thess. 2. d

COMMENTARIORVM APONII IN

monte ad campoꝝ planitiem descendere: ad montem uero cū magna ascēdere grauitatis quiete. Vnde ergo intelligitur, qꝫ pars illa diuitū, quæ suis contenta est, & alienis nō inhiat rebus, & per supradicta a tē poralibus ad æterna ascendit, & Ecclesiæ corpori glutinatur: Illa uero quæ in conualle cupiditatis remanet, aut de prædicto monte, ubi ascēderat, descendit, ab Ecclesiæ corpore, uelut capilli de capite, euulsa pro ijscit: & uersa uice a bono ad malum testimoniuꝝ trāsmigrasse notaꝝ.

Dentes tui, sicut greges detonsarum, quæ ascenderunt de lauaꝝ cro, omnes gemellis foetibus, & sterilis non est inter eas.

Dentes itaqꝫ Ecclesiæ, illos opinor intelligi, qui non lacte doctrine insidigent, sed infantie transcendentæ etatem, non solum fortissimum ci**l**bum mandunt, sed etiam mutuo fortissimi in Ecclesiæ corpore ad diuidendam & ruminandam carnem uerbí dei constituti probantur, & acutissimi ingenio ad diuidendas unicuiqꝫ animę pro possibilitate, ut cuiqꝫ conueniat, diuinas sententias. Omnes quidem dentes in uno ore consistunt, sed aliud officium habent qui labiorum uicinitati iunguntur, qui in partes diuidunt cibum, & aliud qui diuisum, ad unam subtilitatem spiritalem redactum, ad omnia membra Ecclesiæ sustentanda transmittunt. Sicut ait magister genitum Paulus: Vnicuiqꝫ, inquit, diuisit deus secundum mensuram fidei: & primum constituit deus in Ecclesiam Apostolos, inde Prophetas, tertio Doctores. Primi ergo dentes uidentur mihi secundum historiam exponendo, diuidere uerbum scripturæ diuinæ, quid unicuiqꝫ personæ conueniat esse præceptum: secundum illud: In lege domini meditabitur die ac nocte: Et illud: Et nunc reges intelligite, eruditimi qui iudicatis terram: Et illud: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Gregiebus uero quod comparantur tonsarum, de lauacro ascendentibus, illud uidetur docere in prophetia, quia semel tonsi, noti & ueteris testamenti gemino cultro doctrinæ, & absissa ab eis ueteri consuetudine sordentis peccati, lauacro baptismatis ad meliorem & immaculatam uitam superascendunt: sicut post tonsarum greges ouium, ab omni sorde mundissimi efficiuntur loti in aqua: Ita & hi loti semel salutifero fonte, nunquam stolam candidissimam, quam suscipiunt in baptisma, inquinare docentur. Et ad cumulum laudis, semper eos discipulorum gemellis foetibus multiplicari, & decorari demonstrat: nec unquam imminuto numero, sterilitatis uitio decrescere: sed foecunditas benedictione, alios uitæ exemplo pariendo, gemellis foetibus quotidie innouari.

Rom. 12. a
2. Cor. 12. b

Psal. 1.
Psal. 2.
Psal. 81.

Sicut uitæ coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce,
Coccum, color est sanguinis: Vitta coccinea, mitra dicitur: quæ colligata

Ligata pendebat in capite Aaron summi pontificis, regale demonstras insignem honorem, qui per confessionem nominis Christi ueri regis adgris; qui procul dubio crux martyrum intelligitur in Ecclesiæ labijs rutilare. Confessorum enim & martyrum personæ, Ecclesiæ pulchritudinem reddunt. Ipsam enim ab iniurijs, retrodicti dentes defendunt, ut qui non credat uerbo doctoris, & irreprehensibilem legem ab omnipotente deo, ore prophetarum uel Apostolorum non processisse blasphemet, quæ uitam æternam post mortem corporis repromittit, martyrum testimonio credat. Qui amicitijs suis, quas uni deo credendo acquisierunt a deo, & meritorum magnitudine, ut labia dentes, ita eos uitibus signorum, qui uerbum dei ruminant, ab iniurijs malorum hominum, uel dæmonum infestatiōe, suis orationibus defensare probantur. Quos etiā pro Christi nomine interfectos, uiuere cernunt: & mortis suæ autores dæmones, flagris, uerberibusq; perspiciunt agere. Nā sicut de intra cōclusione dentium, & labiorum spiramine uox resonās, repercussa melodiæ dulcedinem reddit: Ita uirtute signorum martyrum, & gratia interpretationis archanorum mysteriorū, per eos, qui dentium uices agunt exponendo recte uerba legis diuinæ, inspirante spiritu sancto, dulce eloquium Ecclesiæ redditur.

Sicut fragmen malī punici, ita genæ tuæ, absque eo, quod intrinsecus latet.

In genarum pulchritudine, uirginitatis uel castimoniæ uerecundia intellegit demonstrari: qm̄ nihil ita speciosum in Ecclesiæ specie, qd fideles simul & infideles possit magnificare, nisi castimoniæ decus. Nā quod dixit: Sicut fragmē malī punici, i.granati, dñi Christi nostri operum ostendit imitaticem esse uirginitatē. De quo retrodixit Ecclesia: Quasi malum punicū inter sylvas, sic dilectus meus inter filios. Quæ arbor profert ex se pomum, & uisione pulcherrimū, & sapore dulcissimū, & satis cōmodam languentibus medicinā. Quia qui pro hominē salute per uirginem mundo ostensus est, integratatis & castimoniæ flores toto orbe sparsit. Cuius pulchritudinis partem, i.fragmen, uirginitatem & cōuentiam ostendit habere, in quibus Ecclesiæ facies intacti sanguinis conservati pulcherrima demonstrat. Illud uero quod ait: Absq; eo qd intrinsecus latet: solam præ oībus bonis operibus etiā castitatem in his, q ministri sunt plebis Christianæ (in qua hoīes uident castitatē) speciosam Ecclesiā reddere indicat, absq; eo quod intrinsecus in secreto mētis deo pulcherrimū est, & hoīes latet. Principes aut uirginū Ecclesiæ, alteram in ueteri testamēto, alteram in nouo, duas Marias, sororē Moy si & Aaron, & electam matrem domini, uirgines opinor intelligit: que primæ ceperunt sponsæ Ecclesiæ genas mirandas efficere, integratam seruando,

Sicut

COMMENTARIORVM APONII IN

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum pro-
pugnaculis suis. Mille clipei dependent in ea, omnis ama-
tura fortium.

Collum Ecclesiæ eos intelligere possumus, qui studio lectionis, instru-
cti sunt scientia rectæ fidei, per quos totū corpus Ecclesiæ, ita ut est pa-
ter in filio, filius in patre, spiritum sanctum de utroq; manâtem, unius
essentiæ, loqui probatur: qui suscipientes supradictorum expositionū
sententias legis diuinæ: qui oculis, labijs, uel dentibus comparantur: si
dei uerbum animæ, ad totum Ecclesiæ corpus, non solū uoce, sed & ui-
tae exemplo transmittunt: qui per illustrem uitam inter caput Ecclesiæ
Christum, & cætera membra consistunt, adsimilati beato Moysi, per
quem deus ad populum Israel, & ipse loquebatur cum domino: qui nō
recta ceruice superbiæ, sed inclinato collo humilitatis incedunt ante
deū & homines. Sicut de Moysi scriptura testatur: Erat, inquit, Moy-

Num. 12. a

Esaie. 66. a

ses mitis & mansuetus super omnes homines. De cuius similibus per
Esaiam prophetam dominus dicit: Super quem requiescam, nisi super
humilem & mansuetum, & trementem sermones meos? Isti sunt ergo
qui collum Ecclesiæ congrue intelliguntur, super quos caput Ecclesiæ
Christus sedere probatur, glorificantes & portantes dominum in cor-
pore suo. Nam quod ait, Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædifica-
ta est cū propugnaculis suis: similes eos qui collum Ecclesiæ sunt, Moy-

Deut. 18. c

si esse ostendit: qui Christi & suam similem prophetiæ dignitatem fe-
cit, dicendo ad populum de Christo: Prophetam uobis suscitabit do-
minus deus uester, quem sicut me audietis: & quicunq; non audierit
Prophetam illum, exterminabitur de populo suo: in quo uelut in tur-
re dominus requiescens, legem populo promulgabat. Quem opinor
hac de causa Dauid turrem intelligi, cui collum Ecclesiæ similatur, eo
quod Dauid manu fortis interpretatur: Et quis fortis manu alius po-
test intelligi, nisi ille qui ex semine Dauid, quasi de turre ostēsus homi-
nibus per carnis assumptionem, uerum se brachium patris uniuer-
screantem probauit? Quicunq; ergo rectam fidem tenerit de domini
incarnatione, & mansuetudinem possederit beati Moysi, qui dignus
sit a' deo susceptam gratiam reuelationis archanorum mysteriorū hos-
minibus impertire, hic mihi uidetur Ecclesiæ collum intelligi, adtra-

Psal. 60

cta in se similitudine illius turris, quæ per manū fortē ædificata est,
de materia carnis ex uirgine. Cui dexteræ dicit Propheta: Deduxisti
me, quia factuses spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Quod er-
go ait: quæ ædificata est cum propugnaculis suis: docuit non sufficere
solam rectæ fidei sententiam ad deuitanas insidias inimici, nisi super
hæc ædificata fuerint propugnaculorum exempla, quæ faciendo tra-
didit

didit Christus, sermo patris, manu fortis, id est, dilectio proximi, misericordiae inconcessa ueritas, contemptus praesentium rerum, transquillitas mentis, ieiuniorum & assidue orationis cōsuetudo. Hęc sunt utiqz propugnacula, quae in nobis bonae uoluntatis manibus fabricantur. Ista sunt propugnacula proculdubio, quae impetus sagittarum aerium potestatum repellunt, quae per carnis concupiscentiam in negligenterem animam infiguntur. Cuius similitudinem propter hostium infidias rex Dauid in arce Sion legitur fabricasse, ubi arma & custodia regis sit. Vnde etiam uerus Dauid, manu fortis, uerbum patris ad coelos ascendit: qui nobis in arce Sion, sepe dicta turre, cibum animarum nostrarum, corporis & sanguinis sui, & crucis arma defensionis nostrae, posuisse doceat. De quibus armis in praesenti dicit: Mille clipei dependent in ea, omnis armatura fortium. Mille plenarius numerus est, qui ab uno & primo elemento literę surgit, secundum hebream, & syram, & græcam linguam, consummatur in uno, ad quem dum millia millium numerum hauris, reuertaris, cui addere nihil potes, his si destraxeris, numeri plenitudinem dissipasti: quem si in partes quas secaueris, imparem facis si tripartieris, id est, non eris parilis cōcordiae numeri, secundum arithmeticam uel geometricam disciplinam, qui milenarium numerum solidum, indiuisibilemque esse pronunciant: Quę ecclesiastica in plerisque non renuit regula: eo quod multa mysteria comprehendantur ab spiritu sancto per numeri rationem in scripturis diuinis. Qui milenarius nūeris in hebreia, syra, & græca lingua, per primum elementum literae, ut dictum est, sicut unum per solam literarū primam sine apice ductum, ita & milenarius numerus tracto apice demonstratur: ut intelligatur, sicut in uno & in primo numero, per primum elementum ostendo, unius & primi, ante quod nihil, dei patris omnipotentiam demonstrari. In quo elemento numeri dicto apice, in diuisibilis et coeterna, per milenarium numerum trinitas declaratur: quae arma nobis per crucis mysterium inuictissima contra demonum turmas donata esse noscuntur. Qui ut hebreus, syrus, & gr̄ecus calculus milenarij numeri per primam literam, ita in latino calculo uicesima prima litera singulare uidetur: quam X latinitas nuncupat, quae duabus uirgulis interseritis, licet iacentibus, crucem depingit. Quae litera in uicesimo primo numero posita, per septiformem spiritu splendescens, perfecta trinitas, protegens credentium in se animas demonstratur. Duobus autem dextera, ieuacque, conclusa, duorum testamentorum ueteris & noui media crux, integro defensionis nostrae nūero arma designat. Quae arma in illo dependent, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in uirtute, qui fa-

Rom. 1, 2

Rom. 9, 2

COMMENTARIORVM APONII IN

Psal. 63 Etus est nobis turris fortitudinis a facie inimici. Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia arma militiae populi Christiani: quibus hortatur Apostolus Paulus militem circundari: Per arma, inquit, iustitiae a dextris & sinistris. Hec ergo turris, de conuale lachrymarum credentibus praestat ascensum ad montem paradisi. Hanc turrem, per manu fortem fabricatam, ridebat Iudaeus, compunctus mirabatur certiorio, cōfitendo ascendit latro ad regnum cœlorum. Cui turri glorio sae animæ comparantur, quæ collum Ecclesiæ meruerunt esse: in quibus similitudinem suam agnouerat Christus. Nam quod ait: Omnis armatura fortium: illud edocuit, quod nemo sit fortis, neque regum, neque principum, nec quisquam diuitiarum mole suffragatus, neque praepotens membrorum robore, neque bellica arte edocitus, nisi ille, qui pro scuto cruce dominica toto mentis affectu protectus incedit. Ipso enim clipeo fortissimi protecti, iacula malignorum spirituum non timuerunt: quæ arma uelut in turre dependebant in Paulo, per quem Christus de corpore Ecclesiæ loquebatur, ridens gloriando dicebat: Nemo mihi molestus sit: Ego enim stigmata domini mei Iesu Christi in corpore meo porto: & mihi absit gloriari, nisi in cruce domini mei, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hæc sunt utique uera & fortissima arma, quæ illæsum possunt Christi militem conseruare, dimicantem aduersus cuneos aëriū potestatum, quæ per uitiorum immissiones cum fidelibus dimicat quotidie. Sed fortis est huiusmodi miles, cui ad uitam gloriosam uictoria pugnanti repromittitur per Prophetam dicendo: Cadent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis. Per hanc armaturam totus mundus redemptus est, cu hac expugnauerunt martyres reges & principes terræ, & omnes daemonum legiones: De hac magna fiducia tribuitur iusto, cum dicitur: Scuto circundabit te ueritas eius, & reliquid est, ueritas uerbum dei patris, scuto defensionis per crucem, qui dixit: Ego sum uia, ueritas, & uita. Hæc autem saepe dicta armatura crucis, quam diu maledictos trucidabat, dependentes in se mortalium iudicium, infirmorum erat armatura penalis: Vbi uero suspensus, mortificatusque in ea est, benedictus fortium, & semper uiuentium, armatura effecta est in ipso prædicto millenario numero clipearum. Sed hæc armatura fortem profecto trinitatis bellatorem requirit: qualis erat unus de illis fortibus, qui dicebat: Sed in his omnibus superamus, & gratias ago ei, qui me confortat. Et ut paruulus ab omni iactantia subtractus, nihil aliud se scire aiebat nisi Christum, & hunc crucifixum pro totius mundi peccato.

Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs.

Duo

Rom. 8.g
 Philp. 4.c
 1.Cor. 2.2

Duo ubera sponsæ Ecclesiæ, duos filios Aaron, primi in lege sacerdotis, Eliezer & Phineen præfiguratos opinor: quorum loco subrogatur, qui nunc in plebe dei, doctrina salutari, & uitæ sanctæ exēplo, parvulas adhuc, & lactentes in fide animas nutriunt auditorum. Pectus autem Ecclesiæ, de quo prædicta ubera geminauerunt, ipsum Aaron intelligi, non mihi uidetur absurdum: qui ita auro textis uestibus gemmarum uarietate inradiante circundatus, iubetur in tabernaculum testimoniij ingredi, sicut sponsa regina, regi nuptura, toto uernanti pectori auro gemmisp̄ refulgens, thalamum uel cubiculum regis ingreditur. Duo ubera propterea dixit, quoniam hic quicquid doctor proficitur, & animarum nutritori, nisi de utroq; testamento docuerit auditores, id est, ueteri & nouo, ab uno omnipotenti deo processisse, homicida animarum est. Nam unum quasi uber fugendo, quis unquam augetbit uitres, ut ad perfectum perueniat uirū, etatem plenitudinis Christi. Sed aut cum Iudeo solum uetus suscipiendo, tabefactis, aridisq; græssibus, subiectione alterius indigebit: Aut cum Manichæo solum nouū, & aquoso hydropi superbiæ morbo disstentus, morietur. Ideo duo ubera sicut duos hinnulos capreæ gemellos dixit, ut æqualitate duorum, & similitudine conuenienti sensu doctrinæ, lac porrigitore auditioribus moneantur hi, qui Ecclesiæ ubera se præbere noscuntur: ut quicquid uetus testamentum per typos in prophetia futurum pro humana salute pronunciauit, hoc in nouo ostendatur perfectum per dominii nostri incarnationem. Per quem trinitas, que non euidenter, sed sub imagine in lege Mosaica coruscabat, nunc tuelut sol, in totius mundi facie splendescit. Verbi gratia: Ut, dixit deus per Moysen in primo libro Genesios: In principio fecit deus cœlum & terram; Et in sequentibus: Spíritus dei superferebatur super aquas: Ecce habes tres personas in una potētia: Principium, deum, spíritum; qui fecit, in quo fecit, qui facta animauit. Harum autem trium personarum unitas omnifaria in nouo testamento, per beatum Ioannem Euāgelistam, per uerbi uocabulum luce clarius manifestatur, dicendo: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Patrem autem in filio omnia fecisse, ipse filius adprobauit: qui interrogatus a Iudeis, Tu quis es? respondit se esse principium. In quo beatus Moyses cœlū & terram facta testatur, dicendo: Principium, quod & loqui orationib; Rom. ii. 4 Col. i. c Hæc est igitur similitudo, uel pulchritudo unius fidei uberum, que ge

mellis caprearum hinnulis comparantur, quæcꝫ de uno pectori Ecclesiæ, spiritus sancti pinguedine replente, lactea doctrina ore doctorum orthodoxorum germinasse laudantur, quæadmodum hinnuli capreæ gemelli unam similitudinem gerere comprobantur. Nam quod ait: Qui pascuntur in lilijs: pulchritudini dantur augmenta; simulqꝫ declarat, ut sicut hinnuli caprearum amplius sursum erecta fruetorum quam solum herbidum delectantur depasci, ita & illorum, de quibus Iac doctrinæ in auditorum corda infunditur, semper debent & sermo & uitæ exempla, non de inferioribus flosculis secularium literarum, sed de supernis apostolicis montibus, exhortando flores depasci. semper in eis de pudicitia, de continentia, de conseruanda integritate, exhortatorius sermo ad populum respondere, & semper eis in castarum animarum exemplis pascua doctrinæ esse conlocanda: eorum præcipue, qui inter spinosas sylvas, in preditorum quasi in liliorum candore, castimoniae odoribus fluxerunt, id est, beati Heliae, Helisei, Danielis, Hieremias, Josephi, Ioannis, Mariæ, Teclæ, uel quicunqꝫ sunt horum similes, quos enumerare longum est. De his lilijs decerpendi flores imitando, de his floribus manducandum est docendo, de his exemplis unicuique pascendum est cogitando. Tunc enim, licet plena sint praedicta ubera pinguedine spiritus sancti, additur pulchritudo eū his lilijs, hinnulorum more, & imitando pascuntur: tunc quam maxime implebuntur lacte doctrinæ, cum talium florum fuerint uitæ exempla depastis. Vbi enim amor est castitatis, ibi spiritus multiplex sapientiae dei: & ubi spiritus dei, ibi sermonis libertas: & ubi libertas, ibi nullus seruitus conscientiae turpis: & ubi nullus seruitus conscientiae, ibi affluentia miræ doctrinæ. Nam hoc est quod docet spiritus sanctus, ut sicut hinnuli capreæ gemelli, pascentes inter florentia lilia, delectabilem presentant aspectum: ita & populi doctor, iucundissimum auditoribus in se gaudium exhibebit, si inter alia bona, castitatis candore, toto suo uitæ tempore fuerit circundatus: sicut sequitur.

Donec aspíret dies, & inclinentur umbræ.

Per quod declarauit, tam diu plebem dei necessariam habere sanam doctrinam, donec dies ille magnus iudicij aspiret: qui pars est tenebrarum. Cuius aspiratio, huius tenebrosi seculi umbras in occasum inclinat. Quicquid enim in hoc seculo magnum uidetur, umbra uel somnia deputanda sunt: pulchritudo scilicet corporis, sapientia literarum, robur membrorum, in flore, in dignitate, in regni potentia, omnia hec ad comparisonem illius eterni iudicij diei, umbra & somnia comparabantur. Hinnulis ergo caprearum, Ecclesiæ ubera comparantur, eo quod semper unius aspectus, & pulchri sint uisione, & ueloces ad fugiendas

giendas seculi cupiditates & inlecebras, Et nunquam pigri excelsa &
ardua, deo placita consecrari. Nam unicuique animę tunc aspirat dies,
quando per poenitentiam, suum quæsierit creatorem; & desinendo a
malis operibus, inclinatae fuerint ei ignorantiae umbræ.

V adam ad montem myrrhae, & ad collem
thuris.

V adam, per retrodicta doctrinæ mysteria. Perfectam reddidit do
minus noster Christus Ecclesiam, quam diximus per amicum Paulū
Apostolum usque ad cubiculum regis ex deserto adductam, nunc ad
aliam gentem amarissimam, & pro suo nomine morituram, & per san
ctam uitam, hostiam acceptabilem quandoque futuram, montem no
minando, potentissimam in malitiæ supercilio demonstrauit. Myr
rhæ nanque montem dicendo, salutarem eius, quæ per disciplinam ad
quiritur, mortificationem, quam Apostolus ad præsens amaram esse Heb. 12. 6
testatur, postea uero per exercitationem sensus, fructum pacatissimū
parare dixit: quod beata anima pacationis munus suo offert creatori.
Thus autem peculiare deo sacrificium, in ueteri legimus testamento: Exod. 20. d
quod humilitatis bonum accipere possumus; quod per cordis contri Leuit. 2. a
tionem adquiritur. De quo dicit Propheta: Sacrificium deo spiritus Psal. 50.
contribulatus, cor contritum & humiliatum, & reliq. Quicunque er
go mortificationem Christi, corpore suo circumferre laetatur, pro iu 2. Cor. 4. c
stitia tribulationes non refugiendo amarissimas; quod myrrha inter
pretatur: & quisquis membra sua ab omni fœditate luxurię continē
tiæ lomento diluerit, dulcissimam thuris hostiam, per hanc uitam præ
parauerit carnem suam deo, hic mons myrrhae, & collis efficitur thus
ris: super quem sermo ascendat ad totam pulchritudinem Ecclesiæ cō
templandam, id est, cui reuelatum, si nullam offendionis maculam ad
traxit plebs, an ex alio offendiculo castigatio admouenda est.

Tota pulchra es amica mea, & macula non
est in te.

Fides est nanque recta, in qua Christus iussit Apostolis baptizare Math. 28. d
omines gentes, in unitate trinitatis, & uita immaculata: que totam pul Marc. 16. d
chram, & ab omni macula deteram Ecclesiam uel animam reddit. Est
utique plebs, ad quam contemplandam ad m
thuris se iturum p
doctrinam saluator

Evangilio: Oues meæ uocem meam

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & ipsas me oportet Ioan. 10. c
adducere, ut sit unus grex, & unus pastor, id est, grex unius fidei
in toto mundo, Ut sit unus grex populus Christianus in una fide,

Hoc loci pagina la
ceram moest. inue
nimus. uix tamen
in omnibus una
deest linea integra

COMMENTARIORVM APONII IN

& unus pastor dominus Christus: qui promisit ouibus suis uel pasto
ribus: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consumma
tionem seculi. Hæc ergo gens, quæ per desertum ascendit, per beati
Pauli doctrinam (quæ ex diuersis populis congregatur & gentibus,
quibus dicit: Gratias ago deo meo, quia omnium uestrum linguas no
ui) edocta ueri dei & ueri hominis, per incarnationis, passionis, & re
surrectionis sacramentum, nunc ad refectionis culmen martyrij amo
re ascendit, & ita gloria singulis membris effecta, ut in qua nulla sit
macula. Quicunque in hac plebe in humilitate illustriores & in mar
tyrij culmine sublimiores reperiuntur, ipsi montes myrræ, & colles
turus intelliguntur. Quia humilitas Christi, discipulum facit marty
rem Christo uicem rependentem, pro eius nomine moriendo, quem pro
suis peccatis mortuum cognouit esse. Nam sicut pretiosa est in conspe
ctu angelorum, archangelorum, & dominationum pro impijs Chri
sti domini mors, ita & sanctorum martyrum pretiosa in conspectu e
ius laudatur: Cui est gloria in secula seculorum, Amen.

FINIS LIBRI SEXTI.

Quoniam reliquos Aponij libros desideramus, nec quicquam pre
ter ea, quæ declimus, in uetusto illo nobis oblato codice deprehendis
mus, obseruassimusq; Lucam illum (cuius antea facta metio) ab initio
in huius autoris commentaria, summariola quædam euulgasse, ipsius
etiam uerbis non immutatis: itaq; ne sedulitatí tuæ, candidissime le
ctor, defuisse uideremur, operæ pretium nos facturos opinati sumus,
si Lucę illius Summariola hic adnexuerimus (is enim in finem usq; au
torem est prosecutus) donec diuinī numinis benignitate, reliqui, tam
solidi, tamq; exacti autoris in eadem Cantica libri, alicubi deprehensi,
in lucem producantur.

Veni de libano sponsa mea, soror mea, ueni de liba-
no, ueni.

PERfectam per Apostolos, eorumq; discipulos ostendit spiritus in
antedicto libello plebem, nunc eius conuersationis exemplo, aliam
potentissimam in malicia uocat. Hæc namq; plebs uocatur de libano,
& alta & superba sapientia, que in literatura sibi, & in philosophia cō-
fidebat. Et ideo soror appellatur, quod nonnulli ex ipsa, perscrutan-
tes in ea studiose, unum & uerum deum cœli confessi sunt: & hunc
humanæ naturæ parentem; sed sibi, & non deo donanti scientiam, ad-
scribentes, stulti sunt reputati: Qui pia miseratione creatoris, signis &
uirtutibus ad plenam fidem Christi uocantur. Soror ergo, ut dictum
est, propter sapientiae amorem appellatur: Sponsa uero propter gra-
tiam sacri lauaci, ubi unus cū deo spiritus efficitur anima. Quod ter-
tio uocatur in trinitatis confessionem, ad tanti regis consortium ueni-
re docetur, & tria remedia ei à cœlesti medico, si necesse fuerit, promit-
tuntur. Primum scilicet baptismi, secundum pœnitentia, tertium bea-
ti martyrij.

Coronaberis de capite amana, de uertice sanir & hermon, de
cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Interpretatur autem amana, mecum, in hebræa lingua, & syra: per
quod docuit illam animam coronari, quæ cum Christo effecta fuerit
unum. Vox est adsumpti hominis, qui credenti in se plebi uel animæ
promittit, coronaberis de capite mecum. Benedictio ergo animæ in
Christum creditis, est corona: quæ septem gemmis pretiosis septifor-
mis spiritus, in capite Ecclesiæ, toto mundo coruscat. Veniens anima,
dat obedientem uoluntatem, suscipit supradictam coronam de Chri-
sti capite, quod est Deus Omnipotens. Sed hæc corona quinque uoca-
bulis præsentis uersiculi super anima ostenditur, cum ait: Coronabe-
ris de capite amana, hoc est, ut credat uocanti, ut baptizetur, ut anathe-
ma dicat diabolo qui eum elongauerat a' creatore, ut corpus Christi si
bi iungat, & eius sanguinem sumat. Sanir interpretatur nouitas,
uel deus lucernæ. Cum igitur uenerimus ad sacrosanctum baptisma,
ieuamus super nos nouitatem sensus de uertice nouitatis, id est, sum-
mam & inæstimabilem diuinitatem, quæ tribus uno splendore cre-
dētes illuminat: sicut lucerna tribus materijs, lichni scilicet, olei, et igni
plena, unum lumen ostendit: quam ardenter lucernam intelligere
possimus. Qñ ergo cōfitebimur nos credere in patrem, & filium, et spm
sanctum

sanctum, leuamus nouitatem. Vbi uero renunciauerit quis mundo, efficitur lucerna, in quo uerbum dei lucem illuminat (discussis ignorantiae tenebris) ambulantis summa maiestas. De cuius nouitate Ecclesia coronatur. Coronatur enim Ecclesia de capite amana in martyribus, de uertice sanir de his, qui non indigent post baptismum poenitentia: de hermon, de his scilicet, qui post uiolatum baptismum anathemate digni, ad poenitentiam conuertuntur. Corona & de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Dæmones pro crudelitatis saevitia leones, pro magicarum artium, & uariorum terminum adiuuentioe, parati nuncupantur. Quemadmodū enim leones occupant sibi cubicula, ubi captam deuorent prædam: & ut pardī quasi secretissimos montes ubi animalia simpliciora capterent: Ita & dæmones in subditorum sibi mentibus cubicula collocauerunt, in quibus saevitiam suam per homicidia, per crudelissima sacrificia explent: in alijs uero per incantationes magicarum sortium, per maleficia, per auguria, & reliqua, montes sibi abditos in talium cordibus fecerunt. Quibus nunc expulsis, uictor in eorum cordibus leo, de tribu Iuda, habitator existit: probante Paulo:

Ephes. 5. b Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.

Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa, uulnerasti cor meū,
in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.

Vocata igitur, ut diximus, & coronata, nunc dicit eius sponsus: Vulnerasti cor meū: Sed ista uulneratio non ad infirmitatem respicit spōsi, nullis enim subiacet passionibus, sed profectum fidei sponsæ, & augmenta iustitiae, & reliq. Duos esse oculos, quibus bona & mala uides mus corporaliter, nemo ignorat: & nisi uterq; pulcher in homine fuerit, sedum necesse est reddat. Sed quo modo hic unus laudatur, redemptor noster rogandus est ut ostendat. Ipsum enim oculum tertium animæ audio numerari: de quo dicit: Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuum lucidum erit: Et de quo dicitur etiā uoce poenitētis: Turbatus est præ ira oculus meus. Et illud: Beati mundo corde, quoniā ipsi deum uidebunt. Vides secundum dominī sententiam de duobus corporeis oculis presentia & terrena cerni, & de uno cordis, qui in sponsa laudatur, Ecclesiā contueri. De cuius pulchritudine non soluni angi li admirantur, sed etiam ipse sporis proclamat cor suum uulneratum, in admiratione utiq; & non in passione, eo quod seipsum quasi in luci diffissimo speculo in eius inspicit corde. Magnū enim miraculum Christo & angelis est, ut hæc anima, quæ cæco corde multitudinem deorum turpium prædicabat, puro oculo uititur. Sicut igitur Ecclesiæ singularem oculum in eis demonstrauit, qui nihil aliud corde intendunt, Ita quærendum quod ait Ecclesiæ unicum crinem, per quod sic exornet, ut pulchr

Math. 9. d

Psal. 6.

Math. 5. a

ut pulchritudine eius cor suum Christus proclamet uulneratum, illos opinor, qui oblii aliquid diuinarum uel honoris in seculo se possedisse, exemplo eius: quos ita charitas unit in Christo, ut eos neque gladius, Rom. 8.8
neque fames, a charitate Christi, que est recta fides, ualeat separare. Qui usque ad Ecclesiæ collum exornatus peruenit, id est, ad gratiam Moysi: qui a deo suscipiens uerbum, ad totum Ecclesiæ corpus porrigebat. De quo trine Ecclesiæ singularem laudem Actus Apostolorum extollit dicens: Multitudinis aut credentium Christo erat cor unum. Tunc Act. 4.6
igitur unusquisque fidelium exornat Ecclesiæ collum, id est, letificat eum, per quem eloquitur Christus, cum propter unicū Christi amorem diuitias uel honores contemnit. Sicut enim soluti, sparsaque capilli fodum, & in unum collecti, decorum reddunt caput: Ita & multitudo fidelium, per misericordiam in uno uinculo charitatis a spiritu sancto connexa, impertiendo omnem substantiam suam in cibos pauperum, pulcherrimam nimis reddunt Ecclesiam, eos uidelicet, q. a capite Christo cibum susceptum ad Ecclesiæ membra sua exhortatione transmitunt. Oculus ergo decorat caput, crines uero collum; de collo uero pectori infunditur uerbum, ex quo germinant mammæ uel ubera: quae impletæ nutriunt pueros.

Quam pulchræ sunt mammæ tuae soror mea, sponsa mea, pulchiora ubera tua uino.

Mammæ ad fecunditatis benedictionem, Vbera uero uirginitas gloriam respicere opinamur. In genitricibus enim mammæ, in uirginibus ubera appellantur. Quibus Ecclesia, tempore apparitionis Christi, pulchra ostenditur: eo quod quotidie cōcīpit, quotidie parit, quotidie lactat, & uirgo est. Hoc igitur qui non credit deum per Ecclesiam facere quod fecit per Mariam uirginē, infelix est. Nam mammæ lactentibus porrexit per eum qui dicebat: Vnusquisque uir suā habeat uxorem, & reliq. Quando uero profundiori mysterio, sensus scripturæ diuinæ tractat de archanis, uel quæ gloria maneat conservantes castitatem, seu cum indiuiduæ trinitatis puritas traditur, Ecclesiæ ubera pulchriora sunt uino, illo scilicet gaudi nuncio prophetarum, quo quod in ueteri testamento obiectum mysterijs nunciabatur, nunc ab his, qui sponsæ ubera esse meruerunt, luce clarius in nouo demonstratur. Qui per inuisibilis spiritus sancti unguenta, infundunt credentibus spiritualia opera pietatis: qbus Christus quasi odoribus delectat.

Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

Plurali utique numero unguentum pro multiplici gratia, quæ ab uno spiritu sancto procedit, intelligitur dictum: sicut pro se suisque Paulus, cum dicit; Alij datur sermo sapientiae, alij sermo scientiae, & reliq. i. Cor. 12.2

m Ethoc

SUMMARIOLA LVCAE IN APO-

Exo. 30. c. 40. b

Et hoc prefigurabat illud, quod Moyses iussus componere quinque speciebus admixto oleo, mandauerat confici, ut fieret pontificale unguentum: quo significantur quinque modi quibus actiones peraguntur. Quia cuncte eius uoluntatem impleuerit per haec officia, fragrantissimis unguentis in conspectu dei redolet. Haec sunt utique unguenta, quae præcellunt in illo ueteri.

Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua.

Fauum uidelicet legem ueteris testamenti intelligere possumus, quod de floribus celestium camporum, in modum apium, a patriarchis et prophetis uario sermone futuræ redemptiois nostræ, constructum, mirabilem suavitatem conclusit. Quem fauum, mollia predicando, id est, mores quos diligit dominus, distillant hi, qui Ecclesiæ labia meruerunt esse. Illi quippe quorum tota uita martyrum est; de quibus indesinenter fauum futuræ laetitiae stillat. Linguam, eos intelligere possumus, qui scientia sancta prædicti, nullius pertimescunt personam: qui uulneratas diaboli ictu animas melle medici sermonis inliniunt, ad emundandas de cordibus peccati putredinem. Lac autem consolationis uerbum, parvulus adhuc in Christo ad profectum ministrant, & amarissimam scientiam inflata literatura mundana, mitissimo sermone in mellis suavitate converunt: qui superbum candorem humilitatis lacte mutauerunt.

Et odor uestimentorum tuorum, sicut odor thuris.

Leuit. 27. d
Vestimenta Ecclesiæ eos opinor intelligi, quæ in dei omnipotenti honorē decimas de iustis laboribus suis, ministris Ecclesiæ præbent: sicut in Leuitico dominus fieri iubet: egenis ministrant indumenta, pauperes tegunt, ut cum eis mereantur futuri seculi gaudium: Beati enim pauperes spiritu: quoniam cuncti, qui propter amorem dei, & spem future leticie, uoluntate potius quam necessitate, se in pauperem numerum aggregauerunt: Quorum famam similem pronunciat spūs sanctus eorum, quod sacrificium dei efficiunt. i. martyrum, eo quod thus soli deo in odore suavitatis offerri iussu sic

Math. 5. a

Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons si-
gnatus. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cyprus cum nardo, nardus cum croco, fistula & cinamomum, cum uniuersis lignis lybani, myrra & aloë cum omnibus primis unguentis.

Perfecta uirtutib. in singulis membris plebē uocari de lybano cum ostē disset spiritus sanctus ore Salomonis, nūc gloriosos suos fructus laudibus effert. In quod utiqz apostolicus perficit labor, ut magna delectatiois hortus regi celorum effecta sit: in quod nulla desit uitæ substantia, quæ undicibus tam apostolicā imitando, & fidei regulam seruando, pceptorum maceria exclusit furem diabolū, ut pro magna laude, hortus conclusus, fons si-
gnatus

gnatus regis sit appellata. Est igit̄ hortus cōclusus eccl̄ia, credēdo pfectū hoīem Christum uirginē peperisse; Est & fons signatus, uerbū patris Christū deum uerū credēdo in hoīem ex utero, pcessisse; q̄ est fons uitæ, & fons luminis. Fit ergo Ecclesia hēc fons, ut p̄ita, corpus eius effecta. Sicut fons uitæ signatus, à patre dicit̄ Christus, ita & Ecclesia fons signatus, regali uidelicet signaculo crucis, appellať à Christo, continens intra se aquā baptismatis; quā signaculo ex pretioso fonte suscipiūt ini qui dū lauant; q̄s dicit Emissiōes tug. &c. eo q̄ nisi q̄s renatus fuerit ex aqua & spū, & iduerit Ch̄m, q̄ malī granati arbor cū pomor̄ fructib. Ioan.3. a

figurat, ornamentū esse nō poterit paradisi. Nā q̄cūq̄ emissus ex uteri Ecclesiē paradiseo fuerit, necesse est ut arbori malī punici, i. similis Christo sit, eius in se reparando imaginē. Cyprus interpretať tristitia uel mœror. Vnde ergo pomor̄ ordines in Ecclesia positos, tristitia si patienter suscipiať, continuo consolatiōis spiritus sancti nardus subseq̄tur: p̄ quā spem, iam tenemus promissum eius q̄ dixit: Beati qui lugent nunc. Nardiis frigore de algentibus membris expellit: Crocus ardēti bus refrigeria cōfert, hoc est, timor̄ mortis præsentis expellit, & futurae uitæ amore accendit. Fistula abstinentiæ fructum significat, eo q̄ in tenerimis uirgultis siccata, à uerme, propter austерitatē corticis, reseruat: quæ infirmitates uiscer̄ intrinsecus curat: sic & abstinentia, excata pelle corporis, aīg medicina reseruat. Cinamomum aut̄ scdm qd uicino capite fistule gignit, & diutissime suam uiuacitatē seruare probatur, spiritales sensus uiuacitate sapientiæ atq̄ abstinentiæ gigni demonstrat. Cū uniuersis uero lignis, quos dā magni odoris fructus, q̄s enumērat Apōstolus, simul germinare de abstinentia uerbo sapietiam edocuit. Myrrha ad mortificationē membror̄ accipiendā est, scdm Apostoli disciplinā, quæ ad præsens amara uideat, dicētis: Mortificate membra uestra: que coelestis médicina cognoscit̄ de arbore uitæ Christi disciplina, pcedēs, sicut myrrha de arbore myrrhæ pbatur. Aloe aut̄, propter succi uirtutem quā habere monstratur: & in uiuis ac mortuis corporibus necessaria species doceat. Médicina illud exemplum, multiplici medela aīar̄ & corpore repletum, quemadmodū secundū carnem (foecis) per contemptū habendi, & nullam ab hominibus gloriam requirendo tradidit mortalibus Christus, intelligendum est. Cū omnibus primis unguentis, i. spiritus sancti donationib. de quibus de libutus magister gentium dicit: Omnia oībus factus sum.

Fons hortor̄, &c. Vna est Ecclesia in toto mūdo, cuius capit̄ Christus, fons uitæ per lauaci regenerationē agnoscitur. Et q̄ multitudine aīar̄ uel gentiū de eius fidei doctrina à Christo suscepta irrigat, ideo fons hortor̄ nominata est. Puteus uero aquar̄ uiuentiū ad laudis cu-

SUMMARIOLA LVCAE IN APO

Danie.2.g mulum noīatur, eo, q̄ profunda sapientia Christi per trinitatis myste
rium de alijs gentibus manasse intelligit. Quæ flumina de illo procul
Ioan.7.f dubio monte, qui secundum Danielem sine manibus succisus de mon
te est lapis, fluunt: qui, quia sacrificium pro peccatis, libanus nominat:
quod thus patria dicitur lingua. De quibus aquis dicit: Si quis credit
in me, flumina de uentre eius fluent.

Surge Aquilo, ueni Auster, perfla hortum meum, & fluent a
romata illius.

Vt frigor Aquilonis, & calor Austri efficunt temperatum aërem
paradiso, quo possint, commixto frigore tribulationis cum calore
securitatis, animarū paradisi defluere ad alternos auctus. Legis enim
euāgeliū doctrina, ab austro spiritalem uirtutem suo calore inspirans,
humanis mentib⁹, ut arbusculis, indidit dulcissimi succi medullam:
quam Aquilonis immundus spiritus, per regnum Romanor⁹ sancto-
rum corpora laniendo, ad odorem suauitatis nesciens perduxit. Aro-
matū ergo, ut saepe dictum est, multæ fragrantissimæ species in unum
redactæ, pretiosum efficiūt puluerē: q̄ tunc maxime reddit odorē sua-
uitatis, qñ in necessarios usus fuerit uentilatus: Ita & deo credentium
animæ tunc suauitatem exempli sui fundunt posteris profuturam, qñ
dæmonum tēpestates de corporib⁹ fuerint decussæ.

Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum
pomorum suorum.

Narrās igitur hic sponsa adolescentulis suis, quō laboribus passio-
num ad antiquā gloriam sit regressa, unde reatu cōmissi pulsa fuerat
in Adam, sponsum inuitat, ut primitias boni operis, fructum pomor⁹
uirginitatis, ipse cōsecret, ipse delibet procedendo de uirgine, ipse gau-
dij pœnitentiæ pomum suscepit ab Ecclesia, angelis transmittat ad
cœlum: ipse miser icordię botrū degustans, regni tribuat munus, etc.

Veni in hortum meū soror mea sponsa, messui myrrham mēa
cū aromatibus meis, comedī fauum cum melle meo.

Luc.24.f Venit scilicet inuitatus lachrymis Prophetarum, uel omnium, qui
intellexerunt tantam gloriam perditam, in hortum plebis suæ per in-
carnationis mysterum: Messuit myrrham amarā quondam, nūc me-
dicinæ exemplum, per conuersionem truculentī latronis cum aroma-
tibus pœnitentiæ meretricis: Comedit fauum cum melle suo, in his
delectando scilicet, qui studio intelligentiæ legis diuinæ, in corde suo,
quasi in uasculum, prophetarum uel Apostolorum uerba ut flores cō-
gregant: & in modum apum, rectæ fidei pretiosissimum fauum come-
dunt. In huius cibi figura, post resurrectionem postulatum ab Apo-
stolis cibum comedit, & reliquias ipsis protulit. Quicunque enim læ-
tificat

tificat Christum, necesse est ut ieiuniet Apostolus eius, qui cum eo unū effecti sunt. Nam omnis hæreticus construit quidem fauum, exponendo legem peruerse, sed ueritatis mella non congregando, minime ea pascitur.

Comedite amici, & inebriamini charissimi.

Per talem ergo doctrinam uerbi cœlestis, saturantur Christi amici, qui per Apostolos se comedisse testantur credulitatem, & eos sibi charissimos effici, quibus mirantibus suæ resurrectiōis uelocitatem, exponit aliud esse dormire in mortem, aliud, nunq̄ recedere, dicēdo:

Ego dormio, & cor meum uigilat.

Diuinus utiq̄ sermo, qui sub cordis uocabulo intelligitur nominari, nunquā obdormiuit, neq̄ dormitat: Ego, inquit, dormio uobis, per absentiam corporalem, sed uigilo corde, nunquam recesso a uobis per præsentiam deitatis.

Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni capitis mei guttis noctium.

Vbi omnium aīar: amator Christus, animā securam, carnis delitijs occupatam, ingressum in corde p̄ebentē latroni diabolo (licet hab̄ret timendū) uideret eā uallatam insidij inimici, reuersus per noctis se cretum, i.e. per occultam compunctionem, pulsat ostium mentis eius, ut suscitata a somno letali, uideat se periculis circundat̄, & depreceſt̄ a ſe adiutorium. Sororis igitur honorem tribuit secundum carnis adsumptæ originem. Amicæ nomen, per lauaci regenerationem: ubi ex ini micis amici efficiuntur homines deo. Columba, p̄r imaginē eius, que per spiritus sancti cōmonitionē reparat̄, q̄ in columbæ specie ſup cœleſte caput Christū in Jordane descendit. Immaculata uero, p̄ similitudinem eius, agnitam rectissimā fidei regulam trinitatis, p̄ repudiū idolo Iatriæ in ſe reformando. Et haec enumerat, ut memor hor̄, aperiat: quod rore ſapienſiæ & ſcientiæ plenum eſt caput meū, aperi ergo mihi pie castēq̄ uiuendo, ut ad ingressum meū descendat in te: per cuius roris uenam, fontes & flumina de tuo corde procedunt, per quem iuſtitiam ſcripſerunt patriarchæ Apostoli, ſine quo iniuſtitia philosophi hæretici. Quid ſit caput Christi gentiū magiſter ostēdit: Caput, ait, Christi deus. Cincinni uero huius capitis intelligunt̄ angeli, archangeli, & rel. qui guttis occulte ſapienſiæ pleni ſunt: & hominibus, de capite delapsi, ipſi ſtillant in eis, qui membra Ecclesiæ ſunt, nunciādo futura, reuelando archana, aperi mihi soror mea, & reliqua.

Explauí me tunica mea, quomodo induar illaſ laui pedes
meos, quomodo inquinabo illos?

SUMMARIOLA LVCAE IN APOS.

Docemur ergo per hanc malam consuetudinem difficile esse, aut uix aliquando cum magno labore expoliatam animam charitatis tunica, reuestiri, quae sola utique cuperit omnes nuditates ait, id est, multitudines peccatorum. Et semel reuocatos a via angusta, euangelica, per delitiae cordis in preparatione euangeli reuocari, & spe consuetudinis recōtegi. Nam cum cuperis haeretico persuadere ut ad unitatem Ecclesie reverat, respōdet se homini societatibus non ingnari. Omnis autem q̄ credit non in manu hominis, sed in invocatione individualis trinitatis maculas peccatorum lauari, nec dicit, extollendo se de sanctitatis mundicia, pulsanti deo, laui pedes meos, sed respōdet: multū laua me ab iniustitia mea; clemēs dominus non ad duriciā tūlīstultiā, sed ad suā immobilem bonitatē intendēs, in uitat, etiā nolentem, signorum virtutib⁹, occultis cōpunctiōib⁹, ore docto. Dilectus meus misit manū suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi ut aperirem dilecto meo, manus meae stillauerunt myrrham, dīgiti mei pleni myrrha probatissima, pessulū ostij mei apud dilecto meo, at ille declinauerat atque transierat.

Quoniam utique supradicta in quocunq̄ errore posita anima pulsanti non aperit, Christus per forāmē mittit manū suā, castigando per damna regis, per famem contumacē, & tradit flagellandū per uastationem hostile, per orbitatem propinquorū, & rel. Mittit per forāmen ut sentiat quidē, sed non dat ut uideat manū q̄ corripit contemptorem. Intumescit enim ueter aīe, i. sensus, q̄n pro peccatis iūcis fuerit acerrimis flagellatus. Sic contigit plebi Israel dum se captiuam cōspiceret, surrexit apire dilecto, clamando ad eum dum tribulare, manus eius stillauerunt, & reliquias hoc est, opera eius, quae pro manibus accipiuntur, stillauerunt per amaros gemitus compunctionis, per mortificationem peccati. De qua dīgiti confessionis culpas procedunt, qui pleni sunt lachrymarū probatissimae myrrhae, clamando ad deum patrū suorum, qui liberauit eā in partibus de manu Pharaonis. At ille declinauerat atque transierat, non interficiendo neque subdendo hostes eius, quos propter eius disciplinā seruabat. Sicut fit de aērijs potestatibus, quae ad animas contumaciū impugnatiōem reseruant. Quibus traduntur rebelles a Paulo apostolo,

^{Exod. 14. g} 2. Cor. 9. b 1. Timo. 1. d ut disciplinam accipiant ne blasphemant.

Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est.

^{Exod. 14. d} Dum loquitur eis uidelicet per angelum dicens: Quid clamatis ad me, ite ad deos uestros. Quibus ignitis locutiōibus anima eius ab omni frigore criminum, uelut cera liquefacta est.

Qæsiūi eum, & non inueni eum; uocauī & non respondit mihi.

Non

Non in toto corde exquirendo, non tenuit eum; & quia nō obliuiscendo alios falsos deos, unum & uerum nocauit, ideo nō respondit ei. Non enim fecit quod ille qui dixit: Clamaui in toto corde meo. Dum ergo multi quārentur ab anima, nullus liberator adeo inueniet. Hęc igitur omnia quae contingebant, nunc durius contingere adprobant. Qui non secundum carnem, sed secundum spiritū uiuere iussi sumus, faciendo contra Christi praecepta, in cordibus idola fabricamus; avariciam scilicet diligendo, mendacium, turpem sermonem, blasphemiam ex ore proferendo, signa & auguria obseruando, & reliq. declinata nobis Iesus Christus clamantibus in tribulatione, atq; transit: quo declinanente, tradimur non solum carnalibus, sed etiā nequissimis spiritibus castigandi. Inuocamus eum, & non exaudire dignat. Sicut & per hūc ait Salomonem: Clamabam & non exaudiens, extendebam uerba mea & non intendebatis; itaq; & ego uestram perditionē ridebo. Hęc namq; terribilis locutio, quae liquefaciet animā contemnentem dei precepta: Quae utiq; lachrymabiliter demonstrat qualia perpeccata sit, eo q; mox pulsanti aperi contempserit, sicut ait, Quæsiui, &c.

Inuenerunt me custodes, qui circumierunt ciuitatem, percusserunt me, uulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum.

Christo prolongante latrones approximat aīarē demones, & inuālescunt in aīam, cuius adiutor prolongat Christus: q; insidijs suis custodiūt recte fidei ciuitatem, q; apostolicumuris ambit. Vnde si quēmpia recepterint, pcutiūt, uulherant, atq; expoliāt, ne credat uerā carnem in Christo, q; ligno affixa est: & uerū deum, q; uerā aīam, quā gerebat, qn uoluit posuit, & qn uoluit sumpsit. Petrus dicit: Coedificamini in ipso summo angulari lapide Christo. De qua ciuitate, ut dictū est, q; s̄quis errando a' fide, declinando a' mandatis dei, egressus fuerit, statim a' p̄dicitis custodibus, i. insidiatoribus pcutiūt titulo hæreticæ persuasiōis, expoliāt sacrosancti baptismatis pallio. Illius itaq; qui ad penitentiā reuertit, est uox ista lamentationis: percusserunt, &c, quae licet uulnerata, ad seruitum tamen sui creatoris festinat.

Adiuro uos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meū, ut nuncietis ei, quia amore langueo. Intantū indignā & degenerē credit se effectā, ut nō audeat pro se fundere p̄ces, sed filias Hierusalem adiurat lachrymabili p̄conio, ut ipse dignēt intercessiōibus suis lamentationē eius dilecti aurib. insinuare, q̄tinus errantē reuocet, cōsolef̄ p̄cussā, uulneratā resanet, expoliatā reuestiat. Filias aut̄ hiell̄mt celestes uirtutes, oīmīq; sanctor̄ choros (ut sepe dictū est) intelligimus: q̄ docent exēplo Moi opē ferre, q̄ tot millia p̄cōr̄ solus sua p̄ce a' rea tu crimi

Psal. 118.

Coll. 3. b.

Prouer. 1. c

Ioan. 19. c

I. Pet. 2. b

Psal. 117.

Exod. 32. g

S U M M A R I O L A L V C A E I N A P O

criminis liberauit. Metuit, ne forte & ipsis abscondatur nimis offensus, dicendo: si inueneritis, & reliq. Posuit scilicet similitudinem amoris carnalis, de quo turpes turpia diligendo periclitantur, ut ostendat qua mensura debeat diligi Christus, qui animam nostram post innumerā malā, quasi nutrix sinu aperto suscipit uenienti.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum?

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

Interrogant filiae Hierusalem penitentem animam, cuius potestiae uel pulchritudinis sit hic, qui dilectus fuerat ante culpam, & ex dilecto offensus factus est post peccatum: ut dum certa delectat eius pulchritudinis figura, rectam eius fidem confitendo filiae Hierusalem supplicando, querunt, ut & ipsa eius formam recolens, amplius accendatur in eius desiderio. Quod autem ait, ad iuro, & non dicit per quid, subaudiatur, per quicquid in tota anima, in tota uirtute, & in toto diligunt corde eas adiurasse. Et ideo quasi contuberniales dicunt: quem queris? quia sic adiurasti nos, terribiliter, per eum scilicet, quo nihil charius habemus, cui Abraham nec dulce unicum pignus praeposuit.

Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex milibus.

Deut. 6.a
Math. 22.e

Candidus, quia lux mundi est, quia sol iustitiae, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Rubicundus, quia carnis indumentum de Maria uirgine abstractum, ictu lanceæ rubicundum, protendebatur. Electus uero ex milibus, eo quod a lapsu primi hominis usq; ad uirginis partum, unus ex milibus inuenitus est de stirpe David, qui electus a deo, mitteretur ad bellum contra hostem diabolum.

Caput eius aurum optimum, comæ eius quasi elatae palmarū, nigræ quasi corui.

In capite fulgorem deitatis figurauit. Amandus præ omnibus, que cogitari possunt, solus deus, in toto corde, in tota anima, in tota uirtute, sicut præ ceteris membris caput diligitur, & uelut aurum a cupidis regibus amari probatur, qui eius amore mortibus se committere non pertimescunt. Quod quanto in subtiliores laminas fuerit productū, tanto splendidius redditur, & ductilitate sua crescit: Ita & deitatis potentia, quanto amplius de eius scrutari uoluerimus maiestate, tanto immensius pelagus dilatatur. Et quemadmodum auri materia quo duxeris sua mollitie sequitur, ita maiestatis immutabilis bonitas, quantum cunctq; ab impijs irridetur, non frangitur. Comæ eius. In comis scilicet, uirtutes coelorum, throni, dominationesq; monstrant. Elatae uero sicut palmarum comæ quod dixit, docuit, nunquam eum declinari a sua potentia suoq; officio, sed semper permanere; sicut palmarum comæ uires semp & uirtutē tenetes, in sublime erectæ sunt. Nigras autem quasi

Deut 6.a
Math. 22.d

quasi corui dicendo, latibulum mysteriorum secretorum, & magis ob
scurata angelorum mysteria, per quos exercentur iudicia iusta, demō-
stravit; ut nubes & caligo in circuitu eius.

Psal. 96.

Oculi eius sicut columbae super riuulos aquarum: quae lacte
sunt lotae, & resident iuxta flumina plenissima.

Oculi totius corporis duces sunt: quos cōgrue opinor orthodoxos
diuinæ legis, soli deo adhærentes intelligi; de qbus unus dicit: In prin-
cipio erat uerbum. H̄i ergo tales uiri, exponendo diuinam legem, ostē-
dūnt simplicioribus occultas insidias dæmonum, semper intendentes
prophetarum, patriarcharum, apostolorum dicta, qui riuuli uel flumi-
na, aut fontes intelliguntur, perueniunt ad euangeliorum plenissima
fluenta. Totus in celo est, qui in tam glorioso capite meruit collocatus
oculus esse, & candorem iustitiae, in quo creatus est per baptismum,
nunquam ambitionum sordibus infuscatus. Nam sicut ex sanguine lac-
ubera replet, paruulis alimoniam ministrās, ita sacratissimus sanguis
Christi in animarum salutem conuersus, & uitam tribuit sempiternā,
& angelorum splendorem candidissimum.

Genae illius sicut areolæ aromatum, constitæ a pigmentarijs.

In singulis igitur laudibus membror̄ dilecti Christi, singulæ cha-
rismatum donationes demonstrantur, quatinus non doleat se unus
quisq; omnes minime possidere, dummodo unamquamlibet gratiam
possidendo, in Christi corpore membrum esse mereatur. In genarum
pulchritudine intactus rutilat sanguis, qui cōscientię intrinsecus crea-
tori intégritatem conseruando, & foris hominibus pingendo exēplo,
faciem Christi decorat. Constitæ a pigmentarijs ait, q; Apostolorum
labore et arte edocti, suo creatori delectabilem odorem reddunt.

Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

In labijs illi uidentur intelligi, qui uices Christi agunt in terris, qui
bus ligandi & soluendi potestas tradita est: qui ore Christi prolata iuf-
sione, iuste peccantes alligant condemnando, & iuste poenitentes recō-
ciliando, condemnationis uinculo soluunt. Qui sapiētibus quasi lilio-
rum odor infessam delectationem, & animæ medicinam ministrant:
insipientibus autem uelut myrrha amara sentiuntur: sed curati, laudāt
& ipsi tantæ medicinæ myrrham, quæ uiuentia corpora a uitiorū do-
loribus intrinsecus sanat, & mortua a corruptione uermium inlesa cō-
seruat: ita & memorata doctrina, & in præsenti curat, & in futuro a
uerme poenarum conseruat.

Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.

Manus Christi opinor illos, quibus potestas ejusmodi spirituum
immundorum indulta est: qui fulgore conscientiæ, & in conuersatiōe,

Math. 10. a

Marc. 16. d

Luc. 10. c

n hominib

SUMMARIOLA LVCAE IN APO.

hominibus resplendent. Hæc ergo talis anima, est digna quadriformis laude, ut manus intelligatur, & aurea manus, & tornatilis examinationis præcepti, decorata manus pretiosis hiacynthinis gemmis, manus q̄ mortificationem Christi circuferendo plena est gemmis, & suo sermone & uitæ exemplo lucrificatas animas de lapideis nationū montibus præparat Christo offerendas, eo quod hiacynthus præparans interpretatur.

Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

Venter conceptaculum escæ est, ubi tota corporis substantia congregatur. Eburnea, ossa sunt pretiosa elephantina. Sapphirus, gemma regalis est, cuius nomen interpretatur pretiosus siue egregius. In quo illi intelliguntur, qui licet alios docere suo sermone non studeant, cibum tamen animarum spiritum sanctum, renascendo percipiunt. Per sanctam conuersationem igitur intra se pacis silentio clausum conservant, in quibus nec materia præterit eboris, in eis decorem fortitudinis & imputribilitatem demonstrando: qui per omnem gloriam restitutam, distincti speciosis egredijsq; gemmis integratatis, prædicantur. Qualis illa multitudo de qua dicitur: Et cum mulieribus non sunt polluti.

Apoc. 14. b Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.

Esa. 66. a Crura igitur ganti corporis, illi mihi uidentur intelligi, qui se humiliando, tantæ efficiuntur fortitudinis, qui omnia membra subuentant capit is: sicut ipsius uox per prophetam dicit: Super quem respiciam nisi super humilem? & reliq. & in se continent similitudinem illius petræ, de qua dicit Apostolus: Petra autem erat Christus. Et super bases aureas fundatæ laudantur. Quas bases opinor, Abel, Seth, Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Heliam, Helisæcum, Daniel, eorumq; consimiles: qui uere per bonum naturæ, aureæ propter humilitatis stabilitatem bases intelliguntur.

2. Cor. 10. a Species eius ut libani, Electus ut cedri.

Psal. 44. Libanū, ut diximus, thus interpretat, qd a pontifice sup hostiā propctō, & holocaustum, quod peculiare deo erat sacrificium, iubebatur imponi. Ergo species eius ut libani, nihil de contagione peccati, cōuersando inter impios, contrahendo: cuius omnis actus sacrificium est acceptabile deo patri omnipotenti. De quo Propheta dicit: Speciosus forma præ filiis hominum. Quod autem ait: Electus ut cedri: incomutabilem patientiam uel humilitatem (per quam dolus non est inventus in ore eius) prædicere uidetur, per quam exaltatus inter eosores Philip. 2. a tes eiusdem monstratur, Paulo dicente: Humiliauit se, & reliq. propter quod

quod & deus exaltauit illum. Porro aut electio eius ideo cedris copa
rat, quia quotidie in augmentum sui corporis, quod est Ecclesia, crescit.

Ephes. 4. d
Col. 2. d

Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis est. Talis est
dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiae Hierusalem.

Guttur domini, illi mihi uidentur, qui ab omni negotio mundi alieni, mellifluenta eloquia domini meditantur: & relictis urbibus, de-
serta petentes, nihil in se triste, sed totum, quod plenum sit gaudio deo
& angelis, continent. Nulla ergo amaros homines causa efficit, nisi
lata possessio mundi. Et ideo totum efficit desiderabile corpus Christi,
qui guttus est per supradicta, dum uident homines opera eius bona,
& glorificant patrem. Hie est qui dilectus meus, pro mea dilectione mor-
tuus uerus homo: & iste amicus meus, pro mea glorificatione resurgens
do a mortuis uerus deus. Hunc itaque penitentis persona ex dilecto, di-
lectum suum diligendo effectum, & propter amissas amicitiias eius
semper se lachrymasse testatur.

Math. 5. b

Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum: quo decli-
nauit dilectus tuus, & quaremus eum tecum.

Vbi cognoscunt ea confiteri haec, quae angelorum sermo testat, & pul-
cherrimam appellant, & pariter se ad quareendum pergere pollicent.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aroma-
tum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat.

Descendit utique cum trophyo uictorie de altitudine crucis, in hor-
tum suum, paradisum, qui fuerat per Adam clausus: ut pascatur ibi pri-
mum fructu salutis latronis confitentis: ubi areola aromatis, multa me-
rita animarum, multis tribulationibus acquisita ostendit: quas de re-
gione adgregauit inferni resurgendo. De quibus nunc ait: Et pascatur
in hortis, & colligat lilia. Quas lilijs comparatas credo propter candi-
rem castimoniae. Et cuius foeditate offensus declinauerat, nunc eius pul-
chritudinem admiratur dicens:

Luc. 23. f

Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Hierusalem, terri-
bilis ut castrorum acies ordinata.

Pulchritudo uidelicet in lenitate morum, suavitatis in mundicia cor-
dis ostenditur: decor autem in amore pacis: eo, quod Hierusalem uisio
pacis interpretat: Terribilitas uero in ueritatis & castimoniae armis.
Quibus accincta anima, non solu nihil metuit in praecinctu contra ho-
stes suos, sed etiam terribilitatem incutere probatur.

Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.

Nanque in anima errante, oculi nequissimi ad notitiam creatoris,
qui Christum non recte intendendo, totum corpus tenebrosum effi-
ciunt: quibus offensus, auolauerat ab ea: & incidit in latrones: quos dixit

Math. 6. c
Luc. 16. c
Luc. 10. c

n i custod

^{Luc. 10. d} custodes muroꝝ. Sed illis oculis se int̄ēdi desiderat, de quibus dicit Aꝝ postolis: Beati oculi q̄ uident quæ uos uidetis: qbus utiqꝫ corpus Chriſti extrinsecus homo uidetur, intrinsecus intellectu uidetur deus.

Capilli tui sicut greges caprarum, quæ apparuerūt de Galaad,
Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauaꝝ
cro. Omnes gemellis foetibus, & non est sterilis in eis. Sicut
cortex mali punici genæ tuæ, absqꝫ oculis tuis.

^{2. Pet. 2. d} De his retrodiximus: sed ne uideamur in totum pretermittere præsentem locum, Sunt capilli huius plebis, qui post offensam dilecti sui, per poenitentiam reuocati sunt, illi, in quibus sola credulitas rectæ fideli, & mina iusti laudatur laboris: eo quod ministris dei impertiendo solatia, Ecclesiam Christi decorant: eo quod non dicit ascendisse, ut retro, de ea quæ non est ad uomitum reuersa: sed dicit: Capilli tui, & reli. Inter ascendere enim & apparere multum distat. Nā secundum geometricam disciplinam ascensio in tribus diuiditur partibus, & longo; & lato, & grosso: Apparitio autem in duabus, longo, latocꝫ, nimirū te- nuitatis, qualis in aranearum telis attenuatis monstratur. Vnde & intelligi datur, illos, qui ascendentibus comparantur de monte Galaad, esse, qui ab inferiori sensu carnali, ad trinitatis notitiam, & intelligentiam spiritalem sublimantur: eo quod Galaad aceruuſ transmigrationis uel testimonij interpretatur. In his nempe sedit aceruuſ testimoniij, in quibus longitudo & latitudo noui & ueteris testamenti credulitas uix apparet tenuiter: quibus sufficit credere, Christum promissum & ostensum in terris. In dentibus uero hi, qui de plebe Iudaica in sancto lauacro ueteri consuetudine deposita, propter acumen ingenij boni, & uerbum dei ruminandum, & robur tolerandi propter Christum iniurias, fortissimi dentes Ecclesiæ nuncupantur: propter innocentiam uel patientiam ouibus simulantur. Ad baptismum siue ad bonam conuersationem conuersi, ascendere laudantur: qui mente intrinsecus deo placita, & corporis actibus bono exemplo, sanctitatis gemellos generant. In genis autem eos, qui lapsi post baptismum, luxuriae maculis imaginem in se foedauerūt creatoris: mundati uero lachrymarum lamento, faciem Ecclesiæ pulcherrimam reddunt. Qui ideo cortici mali granati comparantur, quoniam lapsus sui metu alios continet, (eos qui asperitatem poenitentiae ignorant) a peccato.

Sexaginta sunt reginæ.

Nisi sermo patris deprecandus adfuerit, adhæret sensus noster disciplinæ artis geometricæ & arithmeticæ. Altera numero, altera cogit mensuris: Et ita esse coniunctæ probantur, ut una sine altera stare non possit. Et sunt apud eos numeri diuisibiles & indiuisibiles. Diuisibilis, qui

Ies, qui in duas partes secti, & quas partes ostendunt, ut duo. Indivisi-
biles uero, qui inæquales, ut tria, & reliq. Et sunt certi numeri, qui u-
nam diuisionem recipiunt, ut sexagenarius: Sunt qui tres, ut quadra-
genarius: Sunt qui septem, ut octogenarius. Sed longum est per singu-
la currere, sufficiat hos tangere, qui in hoc Cantico habentur. Milles-
narius autem solidus & indivisus est, qui unius deitatis tenet figuram:
a quo sexagenarius generatur, qui Reginarum nobilitatem ostendit.
De quo duo indivisibles nascuntur numeri, noui & ueteris signantes
imaginem; in quibus cohærentes animæ in toto corde, regine efficiun-
tur; in quarum medio rex Christus consistit. Et ipsæ ita rectæ & per-
fectæ animæ, que in se nobilitatem ueram, in qua creatæ sunt, reforma-
uerunt, regine dicuntur: eo quod regnent peccato, uel regendus eis po-
pulus Christo credentium sit commissus: Quæ adhærendo uerbo dei,
concipiunt & pariunt reges. De quibus ipse rex dicit: Narrabo nomē
tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te, id est, in hoc sacra-
to numero reginarū: qui numerus per patriarchas & prophetas, usq;
ad tricenarium in doctrina ueteris peruenit, id est, per legem naturæ,
& circuncisionē, & legem Mosaicam: que promisit legem salutis: Qui
ostensus in nouo per baptismum, per penitentiam, per martyrium, i.
tricenarium numerum. Quia hoc quod præfigurabatur in ueteri per
prophetas, in nouo ostensum est per Apłos: qui trinitatis fidem ut in
ueteri numerat, ita in nouo testamento suscipiūt, & Immaculate custo-
diūt. Quæ per eos sacrato nūero, q unam recipit diuisionem, calcula-
bantur, quia semel diuisæ per unum indivisibilem deum, non credunt *
terrenis operibus, ut iterum necesse sit diuidi.

Psal. 21.
Hebr. 2. c

Octoginta concubinæ. Qui nūerus apud supradictos Arith-
meticos, diuisiones recipit quatuor: uel geometras, qui mensuris agūt.
Qui octogenarius, octo beatitudines germinat: q̄ octo septiformi sp̄s Math. 5. a
ritu interserto, inter se diuisiones recipere cōprobant. De quo Paulus
ait: Opa! hęc oīa unus atq; idē sp̄s. De q̄bus beatitudinib. q̄cunq; au-
dius q̄rendo plures poterit possidere uel oēs, magna uocabit in regno 1. Cor. 12. b
celorū, uel regina. Que aut̄ parū qddā adepta fuerit, uocabit minimā
Adolescentularū non erat numerus. (aut concubina.

Opinor illarū dici psonas, q̄s impiitiae uel negligentiae actus, de uer-
bo dei (licet ei iungant p baptismū) cōcipe prohibet: q̄ adhuc sub pēda Gal. 4. a
gogorū uel doctorū cura gubernant, quousq; in pfectiōne ætatis pleni
audiniſ Christi pueniāt. i. angelorū, quas imatura etas nō sinit parere
filios per doctrinæ exemplū, sicut reginæ uel cōcubinæ parere possūt.
Sed hęc est reginæ regina, quā dei sermo sumpsit, p quā sp̄s cōtūs sem Math. 3. d
per māsurus, descēdit in Iordanē, cuius cōiunctiōe pfecta est cōcubina. Marc. 1. b
Luc. 3. d
Ioan. 1. e

SUMMARIOLA LVCAE IN APO

Vna est columba mea, & perfecta mea; unica est matris suæ,
electa genitricis suæ.

Manifestissime scilicet unica est matris suæ Synagogæ, quæ genuit
eam secundum carnem: cuius amica nunquam dedit voluntatis suæ
dexteram peccato. Electa est genitricis suæ, illius procul dubio uirtutis
altissimi, quæ omnes animas generat. Nam ut doceret omnes animas
hominum non cum corporibus, sed eius potentia generari, non dixit,
unica est matris suæ, sicut de Synagoga dixerat: sed ostendit inter mul-
titudinem animarum, unam esse electam mediatrixem inter robur di-
uinitatis & carnis fragilitatem: quæ missa in corpus, cū corpore egressa,
intactum uterū virginis derelinquens, unica effecta est virginis: quæ
matris mammas lactigeras porrigendo, iure dicitur mater.

Viderunt eam filii Sion, & beatissimam prædicauerunt regi-
nae, & concubinæ laudauerunt eam.

Luc. 2.2 Viderunt eā scilicet, quæ cunctæ uirtutes cœlestis Hierusalem ciues,
charitati paternæ unitam, nascētē in terris, pannis inuolutam, maiestati
gloria coruscantem: & beatissimam prædicauerūt dicendo: Glo-
ria in excelsis deo. Quæ oēs beatitudines sola in terris inter oēs in inte-
gro obtinuisse mōstra. De quibus si, qui poterit obtinere unā beatus
est, quanto magis hæc, q̄ in se oēs aggregauit, suplatuō gradu beatissi-
ma prædicanda est: Reginæ uero & concubinæ, retrodictæ aīæ, pro
uiribus eius pulchritudinem laudant, quā in ea p mundiciā cordis cō-
spicere possunt. Adolescentulæ uero, q̄ satis procul sunt a cōsortio p
dictare, eius pulchritudinem narrant conlaudantes.

Quæ est ista, quæ egreditur quasi aurora consurgens, pulchra
ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.

Egreditur uidelicet antedicta amica post ignorantiae flamas, ma-
tutina luce quasi consurgens, ad sacrum baptisma, p singulas uirtutes,
pulchra ut luna, q̄ tot annis sapientia & etate corporis proficit, q̄t die-
bus luna cōplet orbem & minuit. Quæ, ut luna in ortu ostēsionis suæ
p̄stat lætitia uiatoribus cōtristatis, in nuptijs exhausto uino, inter (ex-
ordia *) adhuc credentium, splendens ostenditur: & in cuius occasu
totum mundum tempestas quassauit, & amotis luminaribus, tenebris
operuit. Electa ut sol, post resurrectionis gloriam plenissimam, pa-
terna claritate consistens. Possunt siquidem tres isti gradus, laudibus
pleni, in futuro iudicio intelligi. Apparebit iustis in pulchritudine lu-
næ, cœlorum uirtutibus in maiestate fulgens, imp̄js autem deputatis
æterno igni, terribilis ut castrorum acies ordinata.

Descendi in hortum meum ut uiderem
poma conuallium.

Reddit

Reddit uidelicet rationem descensus sui dei sermo unice electe aīę.
Descēdi ergo (exinaniendo potentia deitatis) ad hortū, id est, ad gen
tem mei notitiam habentem, ubi Patriarchæ & Prophetæ, non parū
desudauerunt laborando in doctrina: ad conuallem huius mundi, id
est, ad conuersationem humanam offensam in Adam: ut uiderem po
ma conuallium, hoc est, lachrymas iustorum, quas pro exilio uel carce
re oīm hominū, qui in inferno a diabolo, siue errore idolatriæ tene
bant captiui, fundebāt. Has igit̄ aīas de conuale lachrymarū in monte
paradisi trasplātat, sicut dī: Inducēs plantas eos in monte hereditatis. Exod. 15. c

Vt inspicerem si floruisset uinea.

Illa utiqz, de qua Eſaias dicit: Vinea domini Sabaoth domis Israel Eſai. 5. b
est: id est, ut inspicerem si flores agrorum cogitationum oriuentur in
ea, per quos dignus fructus poenitentiæ adolescat.

Si germinassent mala punica.

Præconia Prophetarum scilicet, quæ intra se mysteriū magnæ dul
cedinis uel medicinæ obtectum continent aīarz, quo uerbo doctorum
remota superficie, credētum multitudinem nutrituit: q̄ in beato Ioan
ne baptista super uirginitatis amorem in descendantis aduentu cœpe
runt germinare.

Nesciui: Anima mea conturbauit me, propter quadrigas

Aminadab.

Sicut dicitur: Congregata sunt super me flagella, & ego ignorauit Psal. 34.
hoc est, non fuit pro quo fieret criminē, quando asteterunt reges terre, Psal. 2.
& rel. Aminadab interpretatur lingua Hebreorum, populus meus
spontaneus. Hic ergo populus immundorum spirituum, qui impiorū
ceruicibus insident ad scelera perpetrāda, per hoc q̄ factura est dei, q̄
diu uoluit per libertatem arbitrii in sanctitatis stare uestigij, popu
lus dei fuit: ubi electus, propria uoluntate, relicto rege suo, spontaneus
factus est (quia per calliditatē homines ad suum seruitium inclinat)
quādo sup̄dictis quadrigis inherēs, Pilato, milite Romano uel pmis
cuo uulgo clamāte crucifige crucifige, Christum conatur occidere. Ec Lūc. 23. c
ce q̄drigis se dicit adsumpta aīa cōturbatam, in propria uoluntate exi
nanitā, dicendo: Nesciui: anima mea, & reliq, narrante Euāgelista; Tri Math. 26. d
stis est anima mea usq; ad mortem.

Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, ut
intueamur te.

Vt tria de ipsa plebe persecutorum intelligantur, interpretatio no
minis docet. Sunamitis enim interpretatur, despecta, captiua, uel com
parata. Hanc plebem diabolus sub iugum suum miserat, & iumen
tis insipientibus comparari fecerat, quam clemens dominus noster
quadri Psal. 48.

quadrifsona uoce per quatuor euangelia uocat ad pœnitentiam quotidianam. Vel intueamur te, ut per confessionem trinitatis, & lauacri mundationem, uel dignæ fructum pœnitentiæ, imago (inquit) nostra, quam in te contulimus, uideatur in te; sicut Apostolis, quibus uidetur elocutus deus.

Quid uidebis in Sunamite nisi choros castrorum?

Sunt proculdubio armis multis & diuersis iustitiae muniti, galea salutis, lorica charitatis, scuto fidei, gladio spiritus sancti, assidua orationis, chori castrorum ex illa plebe Iudaica, quæ Christum persequendo, demonum fuerat effecta; qui contra aërias potestates sancte uiuendo, orationi instando, & reliq. castra contra diabolum cōponunt quotidie. Nam sicut nulla uirtus protectionis armigeros contra hostem nisi adiunctio scutorum: ita Christianum populum unanimitatis congregatio a' mucrone diaboli protegit. In singulo autem certamine erit dubius euentus uitæ, ubi ex quo latere iaculum caueas ignores. Ideo magnis laudibus exaltantur hi, de quibus dicitur: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. In his dicitur patria Christo: quid uidebis in Sunamite nisi choros castrorum?

Quam pulchri sunt gressustui in calceamentis, filia principis.

Illā opinor intelligi, quæ cum longe abesset, per doctores qui ex illa egressi sunt, plebiq; soror uel amica appellatur, effecta est propior in sanguine Christi, quæ ad hoc apta est fidei gressibus currendo, & confessionis uoce clamando, à finibus terræ, q; recalcando à proprio creatore, facta fuerat filia principis huius mundi. Cuius ideo primum pre omnibus membris pulchritudo gressus laudatur, quia non prius capit, duces uel reges, de ea cōuersi sunt ad doctrinam Apostolorum, sed illi qui subiecti regibus, & minimi in potentia, pedibus comparantur: qui pulchri quidem uiam præceptorum currentes, & alijs mēbris datum præstanto laudantur, dicendo: in calceamentis: ut adiutorium nostrum in nomine domini, & à pedibus usq; ad caput ascendatur colaudando. Nam in alijs personis introductis, quæ sorores uel amicæ sunt appellatae, à capite earum pulchritudo describitur usq; ad pectus: pro eo opinor, quod proceres illius plebis primi sunt conuersi ad notitiam creatoris. Sed per hoc docemur, ut qui apud hominū dignitatem inferiores uidentur, conuersi ab errore ad ueritatem, apud deum fortiores, & qui totius plebis infirmitates sustinent, eliguntur.

Lunctura femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

Congruē magnorum doctorum, qui ingressus Ecclesiæ intelligunt, dignitatibus iungunt hi, qui derelictis uanitatibus idolatriæ, populo fidei

fidelium corpus Ecclesiæ construunt, manu artificis Christi exemplo & doctrina fabricati: qui exemplo sanctæ conuersationis ita generant sui imitatrixem plebem, occulta opera iustitiae facientes de iustis labo ribus manuum suarum, sicut predicta membra occultis nativitatibus rediuiuam posteritatem generare adprobantur. Nam sicut per generationis successiones totus mundus ornatur, ita & hi, qui prompti sunt in operibus misericordiæ, exornare totum corpus Ecclesiæ cōproban tur: implentes illico: Cū feceris eleemosynam, noli tuba canere ante te.

Math. 6. a

Vmbilicus tuus sicut tornatilis crater, nunq̄ indigēs poculis.

In quo mihi uidentur illi laudari, qui nō solum à terrenis desiderijs renascendo abscessi sunt à peccato, sed iam torno consuetudinis uel de siderij boni admirabiliter expoliti, lœtitiae poculis ultra non indigēt, sed alijs indigentibus, animæ absolutionem, exemplo contversationis, ministrant. Nullus enim animam sipientem deum, post criminum arisitatem ad pinguedinem sanctitatis perducit, nisi qui exemplis laudabilibus poculum subministrat. Vbi enim excindendo turpissimos affectus laudatur, & castitatis dulcedinem alijs sipientibus porrigit. Sicut paruulis mox de matrum uisceribus egressis, obstetricum cura umbilicus præceditur, ita & animabus adhuc paruulis in Christo, doctorū diligentia prospiciendum.

Venter tuus sicut aceruuus tritici, uallatus lilijs.

Sicut enim uenter cōceptaculum escæ est, per quon tota moles corporis roboratur: ita & docent animæ uigilantes in uerbo eloquij dei, abscondendo in corde suo, alias animas sustentare: quæ infirmiora membra Ecclesiæ intelliguntur. De quibus ille qui dicit: In corde meo abscondi eloquia tua. Recte aceruo tritici comparati, qui iam à palearū leuitate separati, grauitate morū, pudicitię lilijs circūdati, illius splendoris didissimi grani tritici expresserunt in se imaginem, qui pro totius mundi uita in terra absconsus est singularis, & in toto mundo pullulantia in se credentium, resurgendo fruteta porrexit.

Psal. 118.

Ioan. 11. d

Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capræ.

Hoc igitur ratio nature poscit, ut cum impletus fuerit ex conceptu fœmineus uenter, horrea lactis in augmento uberum construantur. Si similis ergo mihi uidetur huius plebis, quæ filia principis nominatur, causa narrari, in cuius corpore, id est, cōgregatione, alia intelliguntur membra quæ concipiunt, alia quæ nutriunt animas. Illi enim, quorum uita in secreto, pro sancto exemplo, confirmatas animas in dei amore, de tenebris errorum nutriendas ad ubera perducunt, uenter Ecclesiæ intelliguntur: Hi uero uices uberum peragunt, qui doctrinę lacte paruulas animas in Christo, ad maturam etatem martyrij perducunt. Hi

ergo

S Y M M A R I O L A L V C A E I N A P O

ergo, hinnulis gemellis propterea similant̄, ut & pulchritudo sensus, & unitas similitudinis ex Prophetarum doctrina & Euangeliorū gratia processisse doceret. Capreæ autem filijs comparantur, quia sicut dicerat a' lege Christum esse uitam omnium animarum, ita & eos entriunt sua doctrina, & ad montes apostolicos necessitatis tempore cōfugere instruunt; sicut capreæ peculiare est natura, persecutionis tempore ueloci cursu ad montes configere, quæ & acumen uisus, & uelocitatem cursus tota uita obtinet, & filios suos quoysq; adolescent ad cursum, semper abscondit.

Collum tuum sicut turr̄is eburnea.

Collum opinor huius plebis eos, qui colla sua sub iugum seruitutis Christi mittentes, nunq; subducunt: qui gloriosum exemplum martyris a' capite Christo suscepimus, ad totum corpus Ecclesiæ, posteris profuturum transmittunt: qui digne turre eburneæ comparantur, cum in toto mundo altis uirtutibus ab omni populo conspicuntur. Ebor enim quād diu carne obtegitur, non appetit pretiosus: cum autem a' carne fuerit separatus, tūc ad ornatum proficit regis: Ita & supradictorum anima tunc erit tronus, ubi deus per uirtutem signorum sedere cōspicitur, cum a' corpore fuerit separata: Qui morib; bestiæ fuerant dum carnaliter uiuerent aliquando, nunc cognito creatore, pretiosa martyrij in conspectu domini affecti sunt morte.

Oculi tuū sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.

In oculis scilicet Ecclesia, pro eo quod piscinis Esebon comparatur, illi uidentur ostensi, siue qui pro suis cōmunitibus aliquando, siue qui pro alienis criminibus fontes proferunt lachrymarum. De quibus dicuntur: Beati qui lugent nunc, & reliq. quoniam & Esebon mōrorem, siue cingulum mōroris interpretatur: quæ ciuitas Amorræorum interpretatur amara. Qui oculi per hāc comparisonem ab imminentे periculo gladij uel cuiuslibet flagelli, docentur suis lachrymis populū liberare, sicut piscina Esebon urbis habitatores a' sitis periculo liberavit. In qua regnum tenuit Seon, qui interpretatur germen inutile, quā imperfecto rege cum habitatoribus, destruxit & reādificauit Israēl: qui imperfecto rege, cœpit in ea germen necessariū multiplicare. Vbi enim mēte uidet̄ deus, destruitur iniquitas, edificatur ueritas, destruitur cogitatio mōrorem gehennæ parturiens, edificatur cogitatio uitam æternam germinans, & reliq. Nam intelliguntur & illi Ecclesiæ oculi, qui prius deum cœli per inanem philosophiam horrebant, nunc prædicando in errore positis demonstrant.

Nasus tuus sicut turris libani, quæ contra Damascū respicit.

Narrat

Narrat historia a Salomone domum in libano edificatam propter delectationis aspectum, que respiceret Damascū. Sed q̄a omnia q̄ a pa triarchis uel prophetis gesta sunt, spiritalem in se continēt intellectū, turris libani, cui nasus Ecclesiæ cōparatur, eo q̄ thus libanū patria līn gua dicit; Damascus uero osculum sanguinis uel potus sanguinis. Cū uero diabolus deceptis hominibus, cruenta amicitiarum suarum oscula sanguinis propinaret uel pocula, facit sibi omnipotens deus turrim suauissimi odoris, ubi nullus peccati reperitur fecor, per carnem ad sumptam de uirgine Maria: unde respiciendo destrueret diaboli regnum. Vnde mihi uidentur nasus Ecclesiæ intelligi, quibus maior zelus, & ardentior fides in destructionem idololatriæ inest. Hi itaq; non frustra supradictæ turri comparantur, qui uitæ exemplo virtutibus resplendentes, inter gentiles positi, dæmonum culturam destruunt: qui inter cæteras donationes, præscientiæ munus meruerunt. In quibus Ecclesia quasi per olsaciendi officium, & prolongantem iratum, & ad propinquantem propitium deum agnoscit.

Caput tuum ut Carmelus. Caput huius plebis reges Roman. intelligo, illos duntaxat, qui agnita ueritate, Christo exhibent suppli cem famulatum: eo quod Carmelus, fluuius mollis, cognitio circuncisionis interpretatur, non in carne, sed in anima.

Et comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Cos mas eas personas intelligere possumus, que Christum uenerantes, lateribus coniunctæ sunt regum: Et sicut purpura circundatū regem fulgentissimum reddit: ita & prædictæ personæ largitate, benignitate, et reliq. imperatoris Christi, qui est Ecclesiæ caput exornant, maxime, dū per confessionem martyrij purpura Ecclesia. Per quem decorem effuso sanguine sanctorum, sanguinem cōseruant fundi, qui ita in fide trinitatis Ecclesiæ captiuū monstrant, sicut & regalis purpura a suscepito liquore concipit, iuncta canalibus, quibus decurrens succus suscipit iterum profuturus: ita & ipsi, suū sanguinem fundendo, alijs prosunt, q; eorum exemplum sequi desiderāt. Hęc est igit̄ decem mēbroꝝ totius corporis huius plebis mirabilis pulchritudo, que in pleno decē precepto Exod. 20.2 rum catalogo, nullam in se partem membrorū foedam derelinquit.

Quām pulchra es, & quām decora charissima in delitijs.

Liberata uidelicet a crudeli patre principe mundi, ad antiquam pulchritudinem, paradisi delicias, cognito uero patre, per baptismum reuocata pulchra laudatur.

Statura tua adsimilata est palmæ, & ubera tua botris uineq;.

Figurantur Christi imitatores (de q̄bus unus dicebat: imitatores mei estote, sicut & ego Christi) botro: illo proculdubio, cuius gerebat 1. Cor. 4.4 Philip. 3.4

○ ii imagin

SUMMARIOLA LVCÆ IN APO-

imaginem ille de terra repromotionis à Iudæis in deserto portatus, q
geminò ligno suspensus, expresso suo sanguine, iam mortuum mundū
reddidit uitæ. Cuius imitatrix prædicta plebs effecta, confessionis re-
Et fidei martyrij, ptulit fructus, q̄s ipsa beata anima, quā dei sermo cō-
parauit, ad p̄hendere delectat, & cū gaudio munus offerre, sicut ait:

Dixi, ascendam ad palmam, adprehendam fructus eius.

Ascendit enim in palmā crucis, ibiç suos inuenit uictoriæ fructus,
castimoniæ, misericordiæ, & reliq. Filia nanc̄ principis ad similitudinē
^{Luc. 23. f} palmæ, quæ uere ut palma, uix aliquando multo labore doctori, in la-
tronis confessione patri offerendos portauit.

Et erunt ubera tua sicut botri uineæ.

^{2. Cor. 4. d} De quibus unus dixit: Secundum Euāgelium ego uos genui. Botri
em̄ uineæ ad utrunc̄ apti sunt, & cibum esurienti, & potū tribuūt si-
^{Math. 5. a} tienti: q̄ etiam hæc ubera esurientibus iustitiā, uitæ exēplum, & sitien-
tibus scientiam, exhortationis sermonē facere adprobantur.

Et odor oris tui sicut malor̄ punicor̄, guttur tuū sicut uinum
optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsq̄ &
dentibus illius ad ruminandum.

^{2. Cor. 2d} Huius plebis os mihi uidetur beatū intelligi Paulum, qui solus &
prior ad urbem Romam epistolam destinauit: de cuius intelligentia
quasi per os loqtur. In quo ore odor est malor̄ granator̄, et oīm redo-
lent exempla sanctor̄: ut ait: Bonus odor sumus Christi. Guttur uero
eius beatū Petru, eiusq̄ uicarios pronunciabo: è qbus optimū uinum
per trinitatis confessionē manare probat. Cuius uini dulcedo nimis gra-
ta, per quā mundus redimendus est, unica creditur anima laudata.

Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Hęc uox illius, quā
reginæ admirando conlaudent: quæ dilecto suo uerbo dei inuisibili-
ter inhæret. Et ad me cōuersio eius, per incarnationis collegium: ita et
uerbum earum fieret. Hęc ergo immaculata unita cum eo, hortat eum
ad redemptionem aliar̄ gentium, quę eum non uiderunt in carne per
discipulor̄ sermonem de aula Synagogæ egredi.

Veni dilekte mi, ingrediamur in agro, commoremur in uillis,
mane surgamus ad uineas, uideamus si floruit uinea:

^{Act. 2. a} Egressus nanc̄ ad agrum gentium per aduentum spiritus sancti,
qui per Apostolor̄ splendorem, noctē ignorantiae in agnitionem ues-
titatis cōuerteret matutina luce, & spinas turpium cogitationū abster-
geret. Et cōmoratur in uillis, in simplicissimis uidelicet mentibus ho-
minum: quibus præsentia sancti spiritus ore doctorum, cum ignoran-
tiæ tenebræ occidissent, mox matutina cœpit consurgere ueritatis co-
gnitio. Mane surgamus ad uineas, loquendo uerbum Euangeli ad
cas

reas animas, quæ alijs sitiētibus, poculum uini & lātitiae propinare intelleguntur. Videamus si floruit uinea. Floribus uidentur decoratæ, cum derelictis idolis ad baptismum ueniunt. Ipsi uero flores fructus parturiunt, præcepta seruando.

Si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.

Flores malorū punicorum, conseruandæ uirginitatis desideria mihi uident, qui cum adoleuerint, pulchriores efficiuntur. Cum per martyrium, aut per debitum resolutionis corporeę floruerint, cum fructu suauissimo creatori gaudij poculum præparant.

Ibi dabo tibi ubera mea. Ibi proculdubio in agro gentium, ibi porrígam tibi ubera mea recte fidei, misericordie, & integratatis, &c. Prædicta unica, pmittit: ibi dabo tibi ubera mea: licet in multis deo acceptis operibus hæc ubera intelligunt, tñ integratatis & martyrij (quæ proprie de pectore eius germinasse probant) quibus dei sermo lactat, alterem ihi uidetur martyrj in Petro, alterum uirginitatis in Ioanne,

Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris.

Mandragora herba est, cuius radix per oīa humanū deformat corpus absq; capite, & germinat mala arboribus similia, magni odoris: q; herba inter cæteras uirtutes, his maxime diciū tribuere medelā, q; naufragiæ infirmitate laborant, & nec continere, nec appetere possunt cibos: & huius suavitatis, post omes quæ in Cantico hoc nominant, odore, p; dictæ animæ delectantur. Et hi odores non in agro sunt, sed in portis, id est, prope finem mundi. Quæ gentes illæ uidentur, quæ per legem naturæ rationabilibus hominibus similes sunt, capita uero fidei non habent: quæ de suis sedibus duabus de causis pulsæ ab angelis, ad medicinam animæ in nostros terminos deducuntur: Sicut prædicta herba propter remedia corporum, nō ab homine, sed reflexa stirpe euelli defuit sedibus fertur. Per quam animæ habentes dei notitiam, & nec adspeteabant cibos salutis doctrinæ uerbi dei, nec per uim ingestos poterant in sua mente continere, nunc angustijs coartatae, cum magno desiderio in tribulatione requirunt cibos, quos in delitijs fastidiebant. Altera uero ex causa adducuntur super ingratos, ut dum pro correctione Christianus disciplinā accipit ut se emendet, illæ occasionem salutis per uerbi notitiam, ore sacerdotū, quos captiuos obtinent, percipere gratulentur. Nā poterat & alia causa immodica esse, q; s, pptere homo per hominem flagellatur, ut in disciplina alter ab altero occasio nem accipiat. Istæ ergo mandragoræ, prope finem mundi, quod est in portis, cū plenitudo gentiū, i. ex omni gente q; est sub celo, quātitas cō Rom. 11. e uersa est ad dñm, tunc confessionis suæ credendo dabunt odorem.

Omnia poma noua & uetera seruauit tibi dilecte mi.

Noua mihi uidentur per baptismum innouatæ animæ dici: uetera poma, ueræ poenitentie afflictione emendatae, utræque in canistro Ecclesiæ collectæ intelliguntur seruari. Et ideo primum noua poma, dein de uetera posuit. Siue illi qui in nouitate colliguntur quotidie, & qui in ueteri per Ioannem præcursorum collecti sunt.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ?

Ostendit bonitatis suæ affectum supradicta anima, & dicit gentiū animas per se congregari posse in uitam eternam, & solam remansisse incredulā plebem Iudaicā, matrem secundum carnē. Optat itaq; uerbū dei se p̄ adunctionē à synagoga lactari, sicut ab Ecclesijs gentiū lactat.

Vt inueniā te solū foris & deosculer te, & iā me nemo despiciat.

Adsumpta ergo persona Iudaicæ plebis s̄aep̄ dicta beata anima redemptoris, optat ut eam foris extra literam in mysterio agni, & clausentem uastatorem Aegypti inueniat: & corporis eius sacramentū suo corpori coniungendum, & sanguinem eius suo sanguini, deosculateur ut prius, & qui eam solebant despiciū habere, iam nemo despiciat.

Apprehendam te, & inducam te in domum matris meæ: ibi me docebis: & dabo tibi poculum ex uino condito, & mustum malorum meorum granatorum.

Sola est anima, id est, natura humana, quæ sponsum desiderat apprehendere, & circū datum carne in domum matris Synagoge introducere, & ibi ab eo doceri ea, quæ nec oculus uidit, &c. De qua circundatione uel apprehensione prædixerat Hieremias dicens: Creauit doceb̄is: Tollite iugum meum super uos, & reliq. Ex uino condito, proculdubio confessione trinitatis coæternæ: Et mustum, uidelicet martyrij. In his igit̄ uersiculis mihi uidentur labores tribulationū prophetati plebis iudaicæ, illius, quæ sub finem seculi agnitionem redemptoris mirabitur; de qua dicit Apostolus.

Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Leua sub capite ponit, repulsis aliquantulū impugnationibus, q̄ p̄ suadendo stimulat aīam: Dextera uero illius amplexat, desiderijs celestibus cōpungendo. Et uocando à malis, & ad bona trahendo, leua sub capite, & dextera intelligit amplexare. Sed quia impatientes sunt filii Hierusalē nimio desiderio, h̄mōi p̄sonā uidentes à dēmonū laqueis liberatam in terris, ad suum optat consortium peruenire in coelis, ne intra moras aliquid damni patiatur in terris: Sed præscius dilectus sermo patris, qui nouit mundū obscurari sine talium luminaribus animalium, tam diu uult eas esse in hoc mūdo, quām diu tristari in aliquo penitus non uult; ut patiatur paululum post persecutionum grummas requiesc

requiescere in somno: qui & dixit:

Adiuro uos filiae Hierusalem, ne suscitatis & uigilare faciatis
dilectam, donec ipsa uelit.

Omnia quae a capite huius Cantici usque ad presentem locum figurae
narrantur, illa intelliguntur, quae ab incarnatione domini usque ad
finem conuersionis gentium acta sunt uel aguntur, quando omnis ple-
nitudo gentium intrauerit, & reliquias. Nunc uero presenti uersiculo usque
ad finem Cantici, ea quae ad diem iudicij agenda sunt ostenduntur:
in quibus diebus erit tribulatio qualis nunquam fuit.

Quae est ista quae ascendit de deserto delitijs affluens, innixa
super dilectum meum?

Quae requiescit in sopore, euigilans uidit quandam, & totam suam
fidem in unum redemptorem mundi, dilectum suum, ponentem, & de
deserto incredulitatis ascendentem, admirando.

Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua,
ibi uiolata est genitrix tua.

Docetur uidelicet in his uersiculis, quod plebs ista, quae ascendit de
deserto, decem tribus in Assyrios ductae a rege Salmanasar, intelli-
gatur: quam usque ad finem mundi reuertentem, reliqua plebs cre-
dentium non inuidendo, sed admirando ait: Quae est ista? Nunc se-
quenti uersiculo, comperta fide eius, agnoscit, dicens: Sub arbore malo
suscitaui te, id est, sub potestate diaboli dormientem (id est arbor mor-
tis) sua doctrina uocauit, suo exemplo suscitauit. Nam sicut Christus
arbor uitae, ita diabolus arbor mortis probatur: qui uere malus & re-
bus & nomine docetur: sicut Ezechiel dicit: Pater tuus Amorræus, & Ezech. 16.a
mater tua cethea. Quod nomen Amorræi porrigendo potius, quam
generando fortitur. Genitrix uero huius uiolata a diabolo, intelligi-
tur plebs Iudaica.

Pone me ut signaculum super cor tuum, pone me ut signacu-
lum super brachium tuum.

Hoc est, in cogitatione cordis, & in operibus brachiorum sit semper
aia, quae aduersarij nequitias superare desiderat: Sicut lex bellantibus
esse probat, certum sermonem a duce traditum in secreto oim corde te-
nere: quod symbolum nuncupat, p quod hostis in conflictu, aut collega
agnoscit: & signum certum in brachio ponere, qd prohibebat gladium co-
militois. In quibus uersiculis docet, frustra sibi plaudere aiam in dei cul-
tura, si deum Christum non crediderit dei sapientia: qd est signaculum cor-
dis: & dei uirtutem, quod est brachii inuictum signaculum. Hoc ut crea-
dat plebs ista, saepe hortatur anima.

Quia fortis ut mors est dilectio, dura sicut infernus emulatio tua.

Guicus

Ab eo, supra fol.
36 faci. 2. Adiuro

Rom. 11.c

Math. 24.b

4 Reg. 17.a

Ezech. 16.a

Cuius esset fortitudinis mors, quæ inuaserat mundum, perdocuit,
 cum eam dilectioni, quæ est inter se & uerbum prædicta, comparare
 non horruerit. Cuius fortitudo tanta fuit, ut a nullo nisi a sola hac po-
 terat uinci. Cuius uox est: Confidite, ego uici mundū: et: venit em̄ prin-
Ioan.16.g
Ioan.14.d
 ceps huius mundi, & in me nihil inuenit. Quæ sola inter omnes ani-
 mas hoc potuit dicere, & factis probare. Hanc aut̄ regulam fidei quis-
 quis electus egredi attentauerit, emulando superbiae duricia, inferni
 diabolo comparatur: qui nunquam penitendo a sua duricia molles-
 cere potest. Infernus autem tormentorum locus est, ut neq; precibus,
 neq; lachrymis, neq; interuentio cuiusquam possit ad pietatem mol-
Ezai.38.d
 liri: ut: In inferno autem quis confitebitur tibi. Cuius possessor diabo-
 lus ita durus effectus est, ut nequeat a sua duricia molliri. Cui per om-
 nia æquati fortes, uel haeretici omnes, ita uniti, ut ab eo penitus separa-
 ri non possint. Nam sicut humilis æmulatio, quæ Christum in corde,
 & Christum in operibus perferat, sublimat ad regnum; ita superba e-
Luc.14.c
 mulatio deſcit ad infernum. De qua dicit: Qui se exaltauerit, humili-
 bitur. Magnus itaq; est ille, qui seruum se Christi audeat dicere, & co-
 fiteri, ut Paulus dicit: Paulus seruus Iesu Christi. Si quidem amplius se
Rom.1.a
 presumendo putauerit quis, in diaboli collegio, uel Simonis magi de-
 putabitur, q; spiritu plenus diabolo, Christū sibi adsimilare nō potuit.

Lampades eius, lampades ignis, atq; flamarum.

Viuacitas ueobi deitatis & flamarum illuminationis mentiū, spi-
 ritus sancti inluxit de lampade. Adsum pro nomine procedere præsen-
 ti docuit loco. Et ut ostenderet de una eademq; luce illuminari iustos,
Iob.41.b impios autem cremari, lampades ignis dixit procedere.

Aqua multæ non potuerunt extinguere charitatem, necq; flu-
 mina obruerunt illam.

De qua Paulus ita prosequit: Quis nos separabit a charitate Chris-
Rom.8.g
Rom.5.a tti? Hec charitas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum,
 nec multitudine insipientium populorum pro idolatriæ defensione
 extingui potuit unquam. De quibus preceptio, tormentorum inunda-
 tione non potuit extingui, licet quasi de fluminibus inundauit.

Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectio-
 ne, quasi nihil despicient eum.

Hic namq; dilectionem pro amore posuit: in quo si quis incederet,
 nec periculum cogitat, nec si dederit omnem censem domus suæ sens-
 tit. Et quanto magis multas personas curauerit, tanto uilior efficitur
 & despectior. Cœlestis dilectionis aīæ perfectæ inducitur amor præ-
 senti loco: quæ si uiri dei fuerit dilectione inflammata, & toto affectu
 adhæserit, nunquam metuit ignem, bestias, & reliqua, pro eius fide, &
 pro eius

pro eius nomine. Omnis enim casta anima non multas, sed unam formam diligit: & ideo nunquam despicitur ab ea, sed usque in finem diligitur: & non exhaustit substantia domus suae per multas, sed augmentat substantiae mercimonij thesauros domus mentis suae: de quibus 2.Cor.2.d dicitur: bonus odor, & reliq. de qua dicitur: Vnam petij a domino, & reliq. Et quam Salomon omnibus diuitijs anteponens accipit. Nam ut nobis exempla castitatis uel sapientiae pingereetur, in diuinis libris patriarcharum connubia describuntur. Abraham igitur non leuitate tristus, sed propter posteritatem, deprecanti Sarae ut coniugio uteretur ancillae suae uix legitur præbuisse consensum. Isaac similiter unam legimus duxisse: de qua dicitur: Suscepit Isaac Rebeccam, & dilexit eam. Gen.24.g Gen.29.d Jacob autem licet de quatuor suscepit liberos, unam tamen dilexit Rachel. Paulus ait: Et si habuero prophetiam, & reliq. charitatem autem 1.Cor.13.a non habeam, nihil mihi prodest: si pro nomine eius interficiar, nihil feci boni operis. Despiciunt pœnarum angeli in die iudicij. Nam de hoc non dubito Apostoli dicere: Qui totam seruauerit, offendit autem Jacob.2.b in uno, & reliq. Quid autem prodest omnis obseruatio legis heretico, qui ipsum legislatorem perdidit blasphemando, cuius dictio unica excludit omnes.

Soror nostra parua est, & ubera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die quando adloquenda est?

Soror proculdubio plebs ipsa Iudaica, sub fine mundi adducta intelligitur: quam diximus de incredulitatis deserto ascendisse, ubi deus non colitur, innixa super uerbum dei, delitijs affluens cognita fide in diuiduae trinitatis. Soror, quoniam de semine descendit, de quo Christus secundum carnem; & Ecclesia secundum fidem, que unum corpus Christi, sicut anima Christi una persona cum uerbo effecta probatur: Et que pietatis affectu dicit: Soror nostra parua est: quia in nouissimis diebus uetera est ad hanc gloriam fraternitatis. Nam quod ait, ubera non habet, ostendit eam in modi fine sapientissimos viros doctores non habituram, per quos nutrit alias animas, sicut aliæ gætes, eo quod infante tempore, necdum ad pubertatem adducta.

Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium, compingamus illud tabulis cedrinis.

Videntur mihi in hac plebe, eos intelligi muros, qui unum deum omnipotentem cognoverunt, proximi facti deo patri. Illi uero, qui pro eius nomine parati sunt sanguinem fundere, qui exemplo suo ostium credulitatis præbent, ingressui ad salutem comparantur. Sed huiusmodi murus necessaria habet edificari super se uerbo dei Christo, per notitiam trinitatis, per baptismi sacramenta, per spiritu septiformem,

P propug

propugnacula argentea, in quibus à seculis redemptionis nostræ splendor emicat, in quibus tutissimus consistat à diaboli sagittis rationabilis animæ sensus. Igitur tanta est benignitas domini nostri, ut quod ipse per naturam deitatis est, hoc in imagine per uirtutem signorum martyres eius efficiunt, id est, ut sicut comparib. uirtutibus fulgebat martyres: (quibus dicitur: maiora horum facietis) Ita eorum exempla sequentes, eius similes fiunt. Hic magnus artifex Sermo dei, in Apostolorum electione parat sibi imputribili materia tabulatum. Dies autem allocutionis plebis huius, illi mihi uidentur, quando ab Antichristo, uel eius ministris, adloquenda est plebs Christiana, an eligat negato Christo, sibi inflectere colla, an atrocissimæ morti succumbere, una Hierusalem, ciuitasq; Ecclesia, cuius Christus culmen, cuius Patriarchæ fundamentum, cuius muri Prophetæ, cuius portæ Apostoli, cuius serui imitatores eorum, cuius filij, hoc est, ciues, omnium credentium multitudine: Cui dicitur: Lauda Hierusalem dominum, & reliq.

Psal. 147. Et ubera mea sicut turris ex tempore quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.

Quicquid in mysterio prefiguratum est, uel in oīm gentium, uel in quorum persona à capite huius Cantici usque ad præsentem uersecuum dictū est, intelligit esse cōpletum. Hinc uero quæ sequuntur, propria singularit̄ electe uox inducit, per quam pax terris effusa est, quæ per fidem rectam in uisceribus Christi, intra urbem inexpugnabilem fortissimo muro uallata consistit. Et huic cōtra hostem dicit pugnati, adsumpta anima redemptoris: Ego murus: Procul dubio cōsolatio nis uox est prænunciata quā dixit Apostolis: Confidite, ego uici mundum. Per quod uerus hominum defensor probatur, dicendo: Ego murus, & reliq. Vbera ergo huius Apostoli, susceptam doctrinam porrigit paruulis animabus, Sicut turris: Quia sicut per os nutrit, ita per eos defendit Ecclesiæ ciuitatem. Qui ut turris murum, ita doctrinam Christi ornare probantur. Securus ergo in his turribus diuinæ scientiæ armis circundatus consistit, qui in eorum fide immobilis permanet. Nam sicut turris portatur à muro, & intra turres arma posita: ita per fidem à Christo sustentantur Apostoli, & per Apostolos fidelium turma: In quibus uitæ exēpla, & rectæ fidei arma sunt collocata. Que qui indesinēter tenet, uincit: qui dimiserit, uincitur. Et quemadmodū facta est immaculata, ita permansit coram eo. Quæ sola inter deum & hominem pacem reperit, & mundo tradidit, clamantibus angelis in eius ortu: Gloria in excelsis deo, & reliq. Et ipse dicit: Pacem meam do uobis. Et Paulus dicit: Qui est pax nostra. Ut tig; pacem inuenit celando potestatem, & monstrando infirmitatem,

**Luc. 2. a
Ioan. 14. d
Ephes. 2. d**

Vinea

Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos, Tradidit eam custodibus. Vir adserit pro fructu eius mille argenteos.

Hæc uinea plebs Israel, cuius caput Hierusalē, in qua erat sedes Salomonis: Quæ uinea, id est, populus habens dei notitiam; fuit pacifico, per hoc quod crederet Prophetis, qui Christum prænuntiabant uenitum, qui est pax nostra: & ut ipse met ait: Ego sum uitis uera. Nam sicut ciuitas uel murus est cū defendit ab impugnatiōe dæmonum, ita uitis est, cum doctrinæ suæ liquorem credentibus porrigit. De hac ergo uite est Christo tota uinea domus Israel, uel omnis humana progenies, quæ conuersa fuerit ex amaritudine uitii alienæ & ei inserta esse probat. Cum in toto mūdo noīe appellatur populus, totus credētum Christo chorus intelligit. Huius uineæ agricola pater, in ostensione filij sui, tradidit eam custodibus Apostolis, eorumq; uicarijs, ut fructus fidei, quos per trinitatis confessionem profert, nō a uolucribus uel bestijs cœli dæmonibus deuorentur. Inter quos custodes, ille adserit pro fructu eius mille argenteos, qui uir fortissimus est, sicut Paulus, qui dicit: Amplius illis omnibus laborauit. Argentum enim ad splendorem doctrinæ refertur, uel interpretationem diuine scripture: Mille uero quia solidus, plenarius, indiuisibilis numerus est, ad fidei confessionē, in qua unus integer & perfectus dicitur deus in tribus personis coæternis, referre possumus. De qua fidei confessione pullulat decies centesimus fructus apostolicus, per decem uerba præceptorum decalogi Exod. 20. a seminatus. Sic tamē tradita custodibus, ut ipse presens uineæ semper, & ab eius custodia non recedat, sicut sequitur.

Vinea mea coram me est. Talibus tradita est custodibus, q; dñi gni sunt audire: Ecce ego uobisq; sum usq; ad consummationē seculi, Math. 28. d Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius.

Pro uinea excolenda pacificus Christus assumptus homo, p doctrinæ, uitæ imaculatæ, & amarissimæ passionis labore, mille argenteos, i. honorem maiestatis accipit, per quem coniunctus indiuisibiliter per uerba patris cōprobatur. De quo Paulus dicit: Humiliauit se usq; ad mortem, &c. ut in noīe Iesu omne genu flectat, celestium, terrestrium, & in fernorū. Quæ tria genuflexio præfigurat p millesimum numerū, qui & trinitatis formam, & unius deitatis potentiam dinoscitur designare. (Millesimus enim numerus, qui uenit in parte pacificum, per trecentos & ceteros eternos cucurrit, trium reperies personarū.) Vnus uero q; superest, qui supplet numerum, unus deus monstratur in Christo mundum reconcilians. Siue numerus uidelicet ducentorum, duplicē coronam designat, quam sint custodes uineæ percepturi: Alteram immaculatæ uiuendo, alterā recte docendo: Alteram quam saluator p dñi missis

Ephes. 2. d
Ioah. 15. a

Esai. 5. b

Hiere. 2. e

i. Cor. 15. b

Exod. 20. a

Philip. 2. b

Hic locus per me restituī nō potuit.
2. Cor. 5. d

SUMMARIOLA LVCAE IN APO.

Math.19.d missis affectibus & substantijs seculi, centuplo in praesenti seculo redit:
Marc.10.d Alteram quam in uita æterna in futuro donabit. Redditur ergo
Luc.18.c iusta merces utrisq; plantanti, morientiq; pro uinea assumpto hominæ
 ne, pacifico, & custodibus uineæ. Ille inter innumeros millenarios, di-
 uinitatis gloriam: Apostoli uero, eorumq; consimiles, ipsam crucem
 suscipiunt redemptoris. Quoniam sicut per Hebreæ, Syram, & Grecā
 linguis, per primā literam unum & mille signatur, ita ducenti per
 * teram decimam (quæ crucem deformat, & est similis latinæ literæ X
 uicesimæ primæ) signantur. In qua quia nouit diuinitas omnes ani-
 mas collocatas, dicit: Si quis post me uenire uoluerit, id est, in gloriam
 maiestatis, abneget seipsum sibi, & tollat crucem suam.

Math.16.d Qui habitas in hortis, amici auscultant te, fac me audire uo-
 cem tuam.

Omnia quæcunq; ab incarnatione domini nostri Iesu Christi acta
 sunt, uel aguntur, à capite huius Cantici usq; ad hunc uersiculum, in
 Ab eo loco, Ad huc persona Ecclesiæ in ænigmatibus uel figuris dicta sunt: Nūc uero pro-
 ro uos filii hieru. supra fol. 56. faci. 1. pe finem Cantici usq; ad hunc uersiculum, in persona Ecclesiæ, ea quæ
 agenda sunt, dum finem acceperit mundus, exponit spiritus sanctus.
 Hæc ergo sponsa, id est, cōgregatio sanctorum animarum, uocatur ad
 gloriam resurrectionis. Ad quam gloriam ducatum præstant, humi-
 litas, & charitas, & apostolica fides. Significat igitur spiritus sanctus
 quod nouissima persecutione nihil aliud desiderat à Iudæis creator,
 nisi confessionis uocem, qui dicit: Si quis me confessus fuerit coram ho-
 minibus, & reliq. Tunc complebitur cōfessionis uox per turbam mar-
 tyrꝝ in omni mundo. In hortis, i. in conuenticulis fidelium: quā appa-
 rere desiderat agminibus angelorꝝ, patriarcharꝝ, prophetarꝝ, uel mar-
 tyrū, q̄s amicos presenti loco noīauit. Proculdubio gaudet in eius con-
 fessione, sicut eius crudelitate fuerūt cōtristati, cū diceret crucifige: nūc
 aut dulcissimā confessiōis uocē eius ex inimicis amici effecti auscultat.

Marc.8.d Fuge dilecte mi, & ad simile capreæ, hinnuloq; ceruorum, su-
 per montes aromatum. Hæc uidelicet sponsa, prædicta
 plebs, uocata a Christo ore doctorum, hanc reddit uocem responsiōis
 suæ, qua confiteſ se ad hoc de cœlorꝝ montibus descendisse, ut prostra-
 to hoste, ad sumptam carnem triūphans secū ad cœlorꝝ montes leuaret.
 Aromata autem (ut s̄aþe dictum est) ex multis odoramenti speciebus
 in tenuissimum puluerem redactis, cōficiunt, uis medicamēti, & mor-
 tuis corporibus, fugato foetore, tribuit incorruptionem, ut supradicti
 montes cœlorꝝ influxisse spiritalem animæ medicinam probant. Hor-
 tamur ergo eum per hæc ænigmata, non deiectis locis, uel quibusq;
 montibus (sicut retro in alijs locis dictū est) sed super montes aroma-
 tum,

tum, unde uenerat carnem adsumere, repedare. Capreg eum hortatur exemplo comparari, q̄ ut uerustissimis locis abscondit paruos, & sic ad arduos & ad excelsos montes, si fuerit necesse, ascendit, & pleno ube re ueloci cursu repedare ad foetus suos festinat: sic & dominus se promittit facturum, dicendo: Non relinquā uos orphanos. Qui utiq̄ per ^{Ioan. 14.6} unitatem spiritus sancti, paternæq; uirtutis, & prædictos aromatum possidet montes, & de terris ab Ecclesia non recedit: per hoc quod se dicit in propheta cœlum & terram implere. Hinnulo autem ceruorum ^{Psal. 103.} eum adsimilari precatur, multam eius super peccatores & impios patientiā implorando: nō ut cornua potentiae præferat iudicando, et aperetur blasphemis impiorum, sicut armati cornibus cerui aduersus hostes suos facere consueuerunt: sed p patientiā hinnulorum, qui exasperati uel comprehensi non tribuunt talionem, uocat Ecclesiam Christus dicendo: Venite ad me omnes, & reliq. De qua uocatione dicitur: ^{Math. 11.4} Fac me audire uocem tuam. Et hæc uox, quam audire desiderat Christus, est, ut sicut eum uerum hominem credidit crucifixum, quando uenit habitare in hortis, id est, in cœtu fidelium, ita uerum eum deum crēdat in maiestate paterna, cum ante tribunal persecutores adducti fuerint ^{Math. 25.6} ad iudicandū. Dicendo eī: fugē dilecte mihi auditam fecit uocem suā, quam desiderat Christus audire. Per quod confitetur eum solum in terra, solum inter omnes homines, hominem quidem, sed inenarrabili ordine natum: qui omnino solus sordidam cōversationem hominū fugiens, solus supradictos montes aromatum ascendens, ut cœli terræq; ^{Math. 28.4} dñator efficere: sicut dī: Considerabā ad dexterā, & reliq. Et non fuit ^{Psal. 141.} utiq̄ qui eū cognosceret: eo q̄ solus homo nouo ordine de intacto ute ro inter ueteres homines apparuit mundo. Periit fuga, inquit, quando ^{Ibidem.} in manibus impiorum tenetur. Nunc autem ad illam potentiam maiestatis utique caro per supradictam ascensionis fugam migrauit, ubi Cherubim, & sedes, & reliq. Quos sponsa aromatum mōtes appellat: ^{Math. 16.8} unde iustus ultior criminum ueniet in gloria dei patris. Diuersarum gentium plebem pro loco uel causa, amicam, sponsam, sororem, & imaculatam appellat. De q̄bus uelut unum corpus quinq̄ sensibus, q̄bus uniuersa opera agnoscentur, sit, ita in hoc Cantico figurauit, q̄na quies sponsæ imaginem mutando, personas ex illo: Sexaginta sunt reges ^{Supra. fol. 50} hebræam, græcam, ægyptiam, latinam, & syriacam. Postea uero que cunque sub cœlo sunt aliae conuersæ ad Christum, his, quasi membra corpori, inseruntur. Quæ omnes unum deum credentes omnipotenter, unum redemptorem Christum dei filium confitentes, unum spiritum

SUMMARIOLA LVCAE IN APONIVM.

spiritum sanctum ex utroqe procedentem suscipientes, unum corpus Ecclesiæ faciunt. De quibus quinque linguis opinor per Esaiam propphetatum. Erunt, inquit, in die illa, cum disruptus dominus vinculum populi sui, quinque ciuitates erunt in terra Aegypti, loquentes linguam chanaan; Et ciuitas solis vocabitur una. Aegyptus scilicet obscuritas uel caligo interpretatur; quod totus mundus in incarnatione Christi fuisse Ioannes docuit, cum de eo ait: Lumen in tenebris lucet, & relique Canaan autem, ardens populus. De quo dicitur: Et sedit super singulos eorum uelut ignis. Et de plebe Hebreæ sol iustitiae Christus ortus: sciens in eius ascensione ad regnum reuocari, ut acceleret perpetuæ lœtitiae dies, in quo eo facie ad faciem perfruatur.

FINIS EPITOMES LVCAE IN COMMEN
TARIA APONII IN CANTICA.

D. CASSIODORI ABBATIS VITA,
PER IOAN. TRIT. ABBATEM SPANHEMENSEM.

60



Affiodorus monachus, & Abbas coenobij apud urbem Rauēna
tensem, vir in dictis scripturis valde doctus, & in secularibus li-
teris omnium suo tempore facile eruditissimus, non minus sancti-
tate q̄ scientia clarissimus effulxit. Hic primum fuit Cancellarius
Theodoricis regis Italiae, & Senator Rauennatis, ac Romanæ ur-
bis consul, postea contemptis uanis honoribus seculi pro dei amore monachus
factus est. Extunc studium literarum humanitatis ad expositionem sanctarū scri-
pturarum conferens, multos elegantissimos tractatus cōposuit. De cuius opū
culis subiecta feruntur. Ex persona tāsui q̄ regis Theodoricis scripsit,

Epistolarum ad diuersos lib. 28.
De ratione animæ, lib. 1. Cum iam suscepit.
In totum Psalterium, lib. 1. Beatus vir, &c. Nīmis.
Institutionem diuinarum lectionum, lib. 2. Cum studia secularium
In Cantica Cantorum, lib. 1. Salomon inspiratus
Institutionem secularium literarum, lib. 9. Intentus nobis est de.
Historiam triparitam comportauit, lib. 12. Utilem nīmis in capi.
Catalogū consulum Romanorū, lib. 1. De etymologijs, lib. 1.
Sacerdotem prænotatum, lib. 1. Deschematibus & tropis, lib. 1.
Memoriale scripturarum, lib. 1. De orthographia, lib. 1.
Complexiones in Apocalypsim, lib. 1. In Epistolas Canonicas, lib. 1.
In Actus Apostolorum, lib. 1. Alia quoq̄ multa composuit, quae ad notitiam nostræ lectionis non uenerunt.
Claruit temporib⁹ Iustini senioris usq; ad imperij Iustini iunioris pene finem,
annos habens ætatis plus q̄, xcv. Anno dñi, DLXXV,

D. CASSIODORI IN
CANTICA CANTICORVM PROLOGVS.



ALOMON INSPIRATUS DIVINO SPI-
ritu, composuit hunc libellum de nuptijs Chri-
sti & Ecclesiæ: & quodammodo epithalamij
fecit Christi & Ecclesiæ, id est, canticum super
thalamos. Vnde & Cantica Cantorum uoca-
uit hoc opus: quia omnia Cantica superexcels
lit. Siecū enim dicitur rex regum & dominus
dominantium, & solennitas solennitatum: Sic
dicitur Canticum Cantorum, ob excellentiam & dignitatem. Est au-
tem in hoc obscurior iste libellus, quia nullæ ibi commemorantur per-
sonæ, & quasi comico stilo compositus est.

Commen

COMMENTAR. D. CASSIODORI IN CANTICA
CAPVT PRIMVM.



Sculetur me osculo oris sui] Vox est Synagogæ desideratis Christi aduentū. Quasi diceret: Toties mihi aduentum suum promisit prophetas, ueniat ergo iam, & osculetur me osculo oris sui. i. p. se ipsum mihi loquatur. ¶ Quia meliora sunt ubera tua uino] Repete ad ipsum, cuius desiderio flagrabat, uerba conuertens, subdit: Quia meliora sunt ubera tua, & reliquias. Per ubera Christi, dulcedo Euagelij intellegitur, quia eo ueluti lacte nutritur infantia credentium. Vinum autem austernitatem legis significat: sed ubera Christi meliora sunt uino, quia dulcedo Euangelij melior est austernitatem legis. In lege enim nulla reseruatur penitentia, sed precepitur ut qui peccat, occidatur: Euagelium autem dicit: Nolo mortem peccatoris, &c. ¶ Fragrantia unguentis optimis.] Vngueta sunt dona spiritus sancti, uel etiam operationes uirtutum: de quibus Apostolus: Christi bonus odor sumus. ¶ Oleum effusum nomen tuum] Nomen tuum o Christe effusum est. Chrisma grece, latine unctio, unde Christus. Nomen Christi ab unctione dicitur. Solet enim spiritus sanctus olei nomine appellari, iuxta quod Psalmista ait: Vnxite deus deus natus oleo, i. spiritu sancto. Hoc oleum effusum est, quando haec gratia, quæ Christus singulariter habuit, data est omnibus electis. Vnde & a Christo Christiani dicuntur, participio nominis Christi. Et bene non spissatum, sed effusum oleum dicitur: quia abundantius haec gratia omnibus data est fidem Christi recolentibus. ¶ Ideo adolescentulæ dilexerunt te] Adolescentule dicuntur animæ electorum, quæ in baptismo reliquerunt sordes ueteris hominis, & renouatae sunt in Christo. Bene autem fœminino genere dicuntur: quia animæ sanctorum quo maioris fragilitatis sibi conscientiae sunt, eo amplius Christum diligunt. ¶ Vox Ecclesie: [Trahe me post te, curremus] Hic est permutatio personæ. Nam haec tenus locuta est Synagoga, hic incipit loqui Ecclesia de gentibus. Trahe me post te curremus. Quia (inquit) meam infirmitatem cognosco, & video me nihil meis uiribus boni posse agere, tua gratia trahe me ad tui imitationem, uel etiam cum cœlum ascenderis, trahe me post te, ut te seq̄ merear. ¶ Introduxit me rex in cellariam sua] Hic loquitur Ecclesia de Christo sposo suo ad animas fideles. Cellaria deis sunt aeterna beatitudo, & supernæ patris gaudia, in quæ introducta est iam Ecclesia per fidem & spem, & quandoque introducetur per rem. ¶ Exultabimus & lætabimur in te] De donis (inquit) tuis exultabimus & lætabimur. Sed quia scimus hoc non nostri esse meriti, in te, non in nobis exultabimus. Hoc est quod Apostolus ait: Qui gloriatur, in domino gloriatur. ¶ Memores uberiorum tuorum super uinum] Id est, memores gratiarum tuarum & misericordiarum qua saluati sumus. Ubera enim sunt ipsa gratia qua saluamur. Recordantes etiam, quod tu austernitatem legis uberioribus doctrinæ euangelicæ temperare dignatus es. ¶ Recti diligunt te] Illi (inquit) qui recti cordis sunt, diligunt te. i. illi, qui nihil suis meritis tribuerunt, sed omnia tuæ gratiarum deputant. Nullus enim te diligat nisi rectus, & nullus est rectus nisi quite diligat. ¶ Ecclesia de suis pressuris: [Nigra sum, sed formosa filia Hierusalæ] Hic rursus loquitur Ecclesia ad sanctas animas: Nigra sum, quia persecutiones patior: sed formosa sum uirtutibus o filiæ Hierusalem. i. animæ fideles. Nigra sum, id est, deformis persecutoribus & ærumnis, quas sustineo: sed formosa sum decore uitatum. Quomodo autem nigra sit, & quomodo formosa, ostendit cum subdit: ¶ Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis] Ita enim distinguitur: Nigra sum sicut tabernacula Cedar, formosa sicut pelles Salomonis. Cedar filius Ismaelis fuit, qui interpretatur tenebrae. Ismaelitæ uero semper in tabernaculis habitare soliti sunt, & non habent domos. Dicit ergo Ecclesia se nigram esse sicut tabernacula

Gen. 25. b

nacula Cedar, propter persecutiones quas patiebatur a filijs tenebrarum, qd in-
terpretatur Cedar. Hinc Psalmista dicit, Habitauit cū habitantibus Cedar, id est, Psal. 119.
conuersatus sum inter psecutores & peccatores infidelitate nigros. Formosam
uero dicit se sicut pelles, i. tabernacula Salomonis, q pacificus interpretat, quo-
niā digna erat uisitatione & cōsolatione sponsi sui Christi inter angustias. Et si-
cū tabernacula ex pellib⁹ mortuor⁹ animalium fuit, ita ecclesia, tabernaculū uis-
delicet dei, ex his construitur, qui se ipsos cū uitij⁹ & concupiscentijs mortificat.
¶ Nolite me considerare q fusca sim, quia decolorauit me sol] O anima fideles
& deuotæ deo, Nolite me considerare q fusca sim. i. q tribulationib⁹ afficiat, q
persecutiōib⁹ opprimat, q decolorauit me sol. i. psecutionis feruor meū splen-
dorem quodammodo obfuscavit. Ac si diceret: Interiorē pulchritudinē mēa
cogitate, & illam attendite, non illa q foris pati uideor. Tale est quod & Apo-
stolus dicit, Nolite desicere in tribulationib⁹ meis prō uobis, quæ est gloria ue-
stra. Non enim sunt cōdignæ passiones & rel. Sol aut in scripturis multos habet
sensus. Aliqñ significat ipsum dei & hominū mediatorē, unde scriptū est, Vobis Malach. 4. a
timentibus nomē meū orietur sol iustitiae, id est, Chrs. Significat et ecclesiā, sicut
dñs dicit: Tunc fulgebunt iusti sicut sol. Aliquādo feruorē persecutionis, sicut
hic & in euangelio, ubi dicitur de semine quod cecidit supra petram, & orto sole
exæstuavit. Quod ipse dominus aperit exponens, Facta aut psecutione prōpter
verbū, scandalizātur. ¶ Fili⁹ matris mee pugnauerunt cōtra me.] & ref. usq; Nō
custodiui. Vnde cœperit hæc psecutio, ostēdit cū subdit, Fili⁹ matris meæ pugna
uerū cōtra me. Vox est primitiue ecclesiæ, cuius Synagoga mater est, cui p̄phe
tam dicit, Et uocaberis ciuitas fidelis, & mater ciuitatū filia Sion. Huius filij sunt
Iudæi, qui pugnauerunt contra ecclesiā primitiua, quando excitauerūt persecu-
tionem cōtra credētes, & omnes dis̄p̄si sunt per regiones Sarmariæ. ¶ Posuerūt Act. 8. a
me custodē in vineis.] Vineā una fuit primitiua ecclesia Hierosolymis, sed ob
Iudaicam persecutionē dispersis credētibus omnibus, multæ uineæ factæ sunt, i.
multæ ecclesiæ constructæ per uniuersum mundū. Dicit ergo ecclesia primitiua:
Posuerunt me (scilicet apostoli & doctores) custodē, i. ut essem custos ecclesiæ.
Vnde & in græco bene dicit, Disseminati sunt, ubi nos legimus, Dis̄p̄si sunt, ad
hoc em̄ diuinitus dispersi sunt, ut plures ecclesiæ fierēt per uniuersum mundum. Act. 8. a
¶ Vineam meam id est, unā illam ecclesiā, quæ Hierosolymis fuit, nō custodiui,
Hoc non ad uotū neq; ad mentem est referendum, sed ad locum. Nō custodiui,
subaudis, ut esset ibi ubi cœpit. ¶ Indica mihi quē diligit anima mea, ubi pascas,
ubi cubes in meridie] Vox ecclesiæ est ad sponsum suū Christum: O spōse, quem
diligit anima mea. i. quem tota mentis intentione diligo, indica mihi ubi pascas
i. ubi oues tuas pascere facias. ipse est em̄ pastor bonus, sicut ipse dicit in euange- Ioan. 10. c
lio. Indica mihi ubi pascas & ubi cubes, i. requiescas, et hoc in meridie, id est, in fer-
uore persecutionis uel tentationis. Laborans enim ecclesia in psecutionib⁹, obse-
crat sponsum suū ut ei dicat, in quorū mentibus requiescat. Nam cubare sponso
regescere est, sicut ipse dicit, Super quē regescit sp̄ritus meus, &c. Ne enim san- Esa. 66. a
ctiæ stu tentationis arescant, ipse in eorum cordib⁹ cubat & requiescit, atq; ab
omni feruore tentationū & persecutionū protegit. Quare hoc: ¶ Neuagari in-
cipiam post greges sodaliū tuorum] Greges sodaliū appellat conuenticula hære-
ticorum, qui sodales Christi sunt, quia & ipsi greges suos pascunt. Et est sensus:
O sponse, indica mihi sanctos & electos tuos, ne forte offendam et incurra in he-
reticos, putans te ibi posse inueniri. Hunc uersum male hæretici distinguebant,
tanq; sponsa interrogaret, Vbi pascas, ubi cubes? & ipse responderet, In meridie
cubo et in australi parte. ¶ Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere et abi-

COMMENTARIA CASSIODORI IN

post uestigia gregum.] Vox sponsi ad sponsam suam ecclesiam, Ac si diceret, Tu quereris te quasi a me derelictam, & persecutionū feruoribus denigratam, nec consideras q̄ pulchra sis inter mulieres, id est, non attendis uirtutū spiritualium pulchritudinē, qua præ cæteris decoraris, licet temptationibus denigreris. Si ignoras ergo te, i. si hanc dignitatē & formositatem tuā non recognoscis, egredere de meo cōsortio, & abi post uestigia gregū, hoc est, sequere & imitare doctrinā errantū hereticorū, qui contemptu uero pastore unius gregis, multos sibi coacerū uauerūt greges. ¶ Et pasce hēdos tuos]. i. peccatores & erroneos auditores; & hoc, iuxta tabernacula pastorū, i. secundū dogmata hereticorum. Vnus enim pastor est Christus, qui unū habet gregem, i. unitatē catholicę ecclesię. Pastores uero multi sunt hæretici, qui gregē deceptorum hominū sibi aggregant, quos dia-
bolo pascūt, de q̄bus et Psalmista, Sicut oves in inferno positi sunt. Oves uocantur in hoc loco malī, non propter simplicitatē uel innocentia, sed prop̄ hebetudinē, q̄ anesciunt resistere prauae doctrinæ, sed omnia q̄ sibi imponunt a prauis docto-
ribus, sustinent non bona patientia. ¶ Equitatui meo assimilauit amica mea in

Psal. 48. curribus Pharaonis.] Eq̄tatum suum appellat exercitum filiorū Israēl, uidelicet Num. 2. d DC, & sex millia, qui egressi sunt de egypto, & transferunt mare rubrū. Equita-
tum aut̄ suum, illā multitudinē dicit, quia sicut auriga currui præest, ita deus illi
Exod. 14. f plebi præerat, ptegens illam & defendēs, & ad terrā re promissionis introducēs.
Huic suo eq̄tatu assimilauit amicā suam, quoniam sicut ille populus per mare ru-
brū saluatus est Pharaone demerso, ita ecclesia gentiū per baptismum de diaboli
seruitio liberata, & ad uerā re promissionis terrā & euangelicam libertatē intro-
ducta est, siccq̄ erat ancilla uitiorū, facta est amica Christi, emundata & abluta
per baptismū a lordinibus peccatorū. ¶ Pulchre sunt gene tuae sicut turturis.] Tur-
turis natura est, ut si casu coniugē perdiditerit, alium ultra nō regrat. Turturi ergo
assimilat ecclesia, q̄a ex quo Christus mundum p̄fentia corporali deseruit, &
cœlos petiit, ecclesia in eius amore tenacissime p̄seuerat, nec recipit ullum adul-
terinū amatorem, quia contemnit mundū & oēs concupiscentias eius, & solius
sponsi sui pulchritudinē mente contéplatur. Genis aut̄ turturis genas ecclesię cō-
parat, q̄a in genis maxime uerecundia apparet, & per hoc pudor & uerecūdia ec-
clesiæ ostendit, quia erubescit omne foedū, & qđ sponso suo displiceat, ppetrare
formidat. Et est sensus, Noli timere ne uageris per greges sodaliū tuorū, quia tan-
to te amoris mei pudore, & tāta uerecūdia donavi et muniui, ut certus sim te me
non posse deserere, & ad alienos deflectere. ¶ Collum tuū sicut monilia] Per col-
lum ecclesiæ, doctores sancti designant: nā per collum cibi reficiēdo corpori mi-
nistrantur. Sermones etiā quibus arcana mentium designantur, per collis fistulā
egrediuntur. Sic doctores sancti & cibum nobis salutaris doctrinæ ministrant,
& etiā secreta scripturarum nobis manifestant. Hoc ergo collum ecclesię qua-
simonile est, quia castæ doctrinæ gemmis & uirtutum ornamentiis sancti docto-
res decorant. Monile enim ornamentum est uirginum uel matronarum. ¶ Mu-
renulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento] Murenulae iuxta literam or-
namentum sunt collis uirginalis & puellaris, uidelicet uirgulae auriplexæ, in-
termixtis nonnunquam pulchra uarietate subtilissimis argenti filiis, & hoc est
quod dicit, uermiculatas argēto, i. in modum uermiū terrenorum, quos lumbri-
cos dicūt, distinctas & inter se cōiunctas. Murenulae aut̄ dicuntur a similitudine
piscis marini q̄ murena uocat. Mystice, murenule sunt pplexa scripturarum do-
gmata, ex diuersis sanctorum patrum sententijs inter se coniuncta, Aurū quippe
claritatē significat lens spiritalis, argentum uero nitiorē eloquij designat.
Murenulas ergo aureas spōsus sponsa sua facit, cū Christus ecclesiā suam doctri-
nis

Actu. 1. a go assimilat ecclesia, q̄a ex quo Christus mundum p̄fentia corporali deseruit, &
cœlos petiit, ecclesia in eius amore tenacissime p̄seuerat, nec recipit ullum adul-
terinū amatorem, quia contemnit mundū & oēs concupiscentias eius, & solius
sponsi sui pulchritudinē mente contéplatur. Genis aut̄ turturis genas ecclesię cō-
parat, q̄a in genis maxime uerecundia apparet, & per hoc pudor & uerecūdia ec-
clesiæ ostendit, quia erubescit omne foedū, & qđ sponso suo displiceat, ppetrare
formidat. Et est sensus, Noli timere ne uageris per greges sodaliū tuorū, quia tan-
to te amoris mei pudore, & tāta uerecūdia donavi et muniui, ut certus sim te me
non posse deserere, & ad alienos deflectere. ¶ Collum tuū sicut monilia] Per col-
lum ecclesiæ, doctores sancti designant: nā per collum cibi reficiēdo corpori mi-
nistrantur. Sermones etiā quibus arcana mentium designantur, per collis fistulā
egrediuntur. Sic doctores sancti & cibum nobis salutaris doctrinæ ministrant,
& etiā secreta scripturarum nobis manifestant. Hoc ergo collum ecclesię qua-
simonile est, quia castæ doctrinæ gemmis & uirtutum ornamentiis sancti docto-
res decorant. Monile enim ornamentum est uirginum uel matronarum. ¶ Mu-
renulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento] Murenulae iuxta literam or-
namentum sunt collis uirginalis & puellaris, uidelicet uirgulae auriplexæ, in-
termixtis nonnunquam pulchra uarietate subtilissimis argenti filiis, & hoc est
quod dicit, uermiculatas argēto, i. in modum uermiū terrenorum, quos lumbri-
cos dicūt, distinctas & inter se cōiunctas. Murenulae aut̄ dicuntur a similitudine
piscis marini q̄ murena uocat. Mystice, murenule sunt pplexa scripturarum do-
gmata, ex diuersis sanctorum patrum sententijs inter se coniuncta, Aurū quippe
claritatē significat lens spiritalis, argentum uero nitiorē eloquij designat.
Murenulas ergo aureas spōsus sponsa sua facit, cū Christus ecclesiā suam doctri-
nis

Nis sanctorum patrum sensu & eloquio fulgentibus instruit, atq; ad illorū fidem & uirtutē imitandam accedit. Notādum q̄ pluraliter dicit, Faciemus tibi, quā si enim Christus se personis doctorum coniungit, per quos ipsæ murenula cōcatenātur, ut illis ecclesia exornetur. ¶ Dū esset rex in accubitu suo] Vox spōse, regem sponsum suum Christum dicit, qui per diuinitatē suam omnia regit, & etiā amsecundū humanitatē de regia Davidis stirpe natus est. Accubitus regis fuit incarnationē eius. Accumbere eīm est reclinari uel discumbere. Et tunc Christus accubuit, quādo pro nostra redēptione se usq; ad suscipiendā naturā nostram inclinavit. Et tunc ¶ Nardus mea odorē suū dedit] qñ uirtus ecclesiæ magiseniuit. Cum enim considerat deum prō se hominem factum, ampliis ad spūalium uirtutum studium & amorem sui cōditoris acceditur. Nardus enim fragrantia uirtutum spūalium designat. Erant quidam ante incarnationē sancti dei, sed si-
cū dictum est, sanctitas magis a tempore incarnationis Christi excrevit, & tunc quodammodo nardus ecclesiæ i. odor uirtutum, fortius dedit odorem suum, iuxta literam, nardus herba est aromaticā, crassa & fragilis radice, folioḡ paruo & denso, cuius cācumina in aristas se spargunt. Hoc unguento Maria Magdalene pedes & caput dñi per unxit in euangelio legitur in domo Simonis. ¶ Fascicu-
lus myrrhæ dilectus meus mihi] Myrrha species est aromaticā, nimirū amaritudi-
nis, qua mortuō & corpora condituntur. Hoc loco passio Christi & sepultura de-
signatur, nā depositū corpus domini de cruce a Nicodemo & Ioseph, myrrha &
aloë conditum est, & inuolutū linteis cum aromatibus, ac sepultū & traditū. Di-
cit ergo ecclesia sponsō suo: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi factus est, q̄a
propter memortuus & sepultus est. ¶ Inter ubera mea cōmorabitur] Nemo du-
bitat locum cordis inter ubera esse. Dicit ergo: inter ubera mea cōmorabit̄ i. in
cordis mei memoria eternaliter habebitur, & nunq̄ tantoq; eius beneficiorū ob-
liuiscar; sed siue in prosperis, siue in aduersis sim, tamē recordabor eius, q̄ me tñ
dilexit, & prō me mortuus est. ¶ Botrus Cyprī dilectus meus mihi in uineis En-
gaddi] Cyprus insula est, ubi uites nobiles esse ferunt, maximos botros procreā-
tes. Engaddi similiter locus esse fertur, habēs arbusculas liquorem balsami desu-
dantes. Loquitur ergo sponsa de resurrectione Christi sponsi sui, Botrus Cyprī
dilectus meus mihi: Acs diceret: Sponsus meus, q̄ mortis amaritudinem prome-
gustauit, & quasi fasciculus myrrhæ mihi fuit, in resurrectiōe sua factus est mihi
botrus cyprī, qñ me gaudio resurrectionis suae laetificauit. Vinum etiū leū significat Psal. 103.
cor hominis. Et hoc in uineis Engaddi: quia sua resurrectione, quasi sua uissimo
balsami odore per uniuersum mundū redoleuit, & fragrantia suæ fidei late disper-
sit. Engaddi aut̄ fons hœdi interpretatur, per quod significatur baptismus, & sacri-
ficiū in q̄ peccata oīa abluuntur. Hoedus nāq̄ peccatores significat. Baptismus
ergo fons est hœdi, quia peccatores luscipit, sed imaculatos & mundatos ab omni-
bus peccatis reddit. ¶ Ecce tu pulchra es amīca mea] Vox sponsi Christi ad spon-
sam suam ecclesiam. ¶ Ecce tu pulchra es] Bis eam repetit esse pulchrā propter
perfectionem operis, & munditiam cogitationis. Ecce tu pulchra es i. in bonis
operibus perfecta es, sancte & pie & iuste uiuēdo, secundū Apostolum. Ecce tu
pulchra es, mundam & simplicem cordis habens intentionem: quia nō propter
terrena commoda, uel mundū gloriam, sed ut solis oculis dei placeas bona opera-
ris. ¶ Oculi tui columbarum] Columba simplicissima aulis est, & per hanc simili-
citas atq; innocentia ecclesiæ figuratur. Quasi enim oculos columbarum habet,
quia ab omnifictione & simulatione se immunem custodit. Vel etiam oculos co-
lumborum habet, quia scientiā diuinarum scripturar̄ casto & simplici intuitu in-
telligit, spirituales, & diuinos sensus in earequirēs, nam quoniā spiritus sanctus

Luc. 1. d
Ioan. 1. bMath. 26. a
Marc. 14. a
Luc. 7. 1
Ioan. 12. aMath. 27. g
Mar. 15. d
Luc. 23. g
Ioan. 19. g

i. Reg. 14. a

COMMENTARIA. CASSIODORI IN

In specie columbae apparuit, recte doctrina celestis in oculis colubae intelligitur.
Eccetū pulcher es dilecte mi, & decorus] Achi diceret, Tu qdē me pulchrā in
 ope & cogitatiōe esse dicis, sed ego oēm hāc pulchritudinē a te me credo habere
 & cognosco. Tu em̄ es pulcher & decorus, tu es fons totius boni, & q̄cquid boni
 habeo, tua gratia habeo. Pulcher aut & decor⁹ dī, q̄a & diuinatatis ppetuitate, &
 etiam susceptae humanitatis dignitate mirabilis est. **Lectulus noster floridus]**
 Lectulus ecclesiae est qualiscūq̄ trāquillitas, uel requies præsentis uitę. Nā quasi
 in bello est ecclesia, dū pro Christo diuersa tolerat certamina: quasi uero in lectu
 lo requiescit, cū aliquantula pace sibi concessa frui. Sed hic lectulus floridus est,
 hoc est, uarietate uirtutū quasi uernātibus florib⁹ distinḡta est requies ecclesie.
 Tunc em̄ liberius contēplationi diuinā insistit, tūc ieunia, uigilias, & cæterab⁹
 noī oper⁹ exercitia liberius exequit. **Tigna domo⁹ nostra & cedrina, laq̄aria**
nostra cypressina] Domus ecclesiae sunt cōuenticula fidelium, p̄ totum orbē disp̄sa.
 Tigna uero & laquearia, sunt ipsæ p̄sonæ fidelium, ex quibus ecclesia cōstat. Sed
 attendendum q̄ tigna ad mūnimentū sunt domus, laquearia ad ornatū. Ideoq̄ p̄
 tigna designantur doctores, quoq̄ doctrina fulcit & sustentatur ecclesia: per
 laquearia uero, sancti simplicitate gaudentes, qui suis uirtutibus exornant ecclē
 siam, non aut doctrina muniūt. Et hoc attēndendum, q̄ laq̄aria tignis affixa sunt,
 sic & uita fidelium in ecclesia e doctorib⁹ pēdet: quia illoꝝ de strina instruit
 & roboratur. Bene aut tigna cedrina, & laquearia cypressina dicunt. Nā utræq̄
 arbores imputribilis naturæ sunt, sanctos designantes, qui immarcessibili deside
 rio flagrant amore sui conditoris, & contemptis transitorijs, ad æterna festināt.
 Cedrus etiam serpentes odore suo fugat, sic sancti doctores, dæmones uel hære
 ticos fragrantia doctrinæ suæ repellunt.

Caput II.

Go flos campi, & liliū conuallium] Postq̄ spōsa qualem domū ipsa &
 sponsus eius habeat ostendit, ipse quoq̄ sponsus de se qualis sit ostēdit
 dicens, Ego flos campi, & reliq. uidelicet, quia odorem meā uirtutis p̄
 latitudinem totius mundi diffundo. Ego flos campi. i. sum decus mundi.
 Sicut enim campus florib⁹ ad ornatur & uernat, ita totus mūdus Christi fide &
 notitia decoratur. Sum etiam liliū conuallium, quia illis mentibus p̄cipue meā
 gratiam tribuo, quæ nullam in se spem habentes, mihi se humili deuotione sub
 mittunt. Conualles enim significant humiles uel humiliū mentes, quarum
 liliū Christus est, quia pulchritudo humiliū mentiū ipse est qui dixit, Disci
 p̄te a me quia mitis sum & humiliū corde. Potest et hoc quod dicit, Ego sum flos cā
 pi, ad incarnationem referri. Campus enim non aratur, non scinditur, non ullo
 uomere prosulcatur. Dicit ergo: Ego sum flos campi. i. filius uirginis. non ergo
 ruris, sed campi florem se uocat, quia uirginea carnis fructus est, secūdum uati
 Math. 11.d ciniū Esaiæ, Egredietur uirga de radice lesse. Liliū conuallium est idē Christus,
 hoc est, filius humiliū parentū. Conualles em̄ humiliū & paup̄es parētes eius signifi
 cāt. Veniēs em̄ dei filius in mundū, nō solū homo fieri dignatus est, sed etiā paup̄
 homop nobis: nec diuites, sed paup̄eselegit habere parētes, ut p̄iceps factus pau
 pertatis nīx, diuitia & gloriæ suę nos participes faceret. **Sicut liliū int̄ spinas,**
sic amica mea int̄ filias] Vidēs spōsam suā ad regē festinare, & labores eternos fu
 gere, ac per quietē p̄nitē tpiis ad eternā beatitudinē tendere, monerē tali cōpara
 tione & p̄dicatione, ut norit se p̄ p̄ssuras & labores huius seculi illuc guenire de
 bere, Sicut (inquit) liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Spinæ quæ pun
 gunt & lacerant, significant peruersos quosq; uel intrā uel extra ecclesiam. Et
 est sensus: Sic tibi uiuendum est ad tempus in mundo, & sic parata esse debes cō
 tra omnia aduersa, sicut liliū inter spinas est, & tamen florere, & gratum odorē
 exſe

Ex se emittere non cessat, sic amica mea inter filias; qā non solum ab his qui extra
 ecclesiam sunt, mala pateris, uerū etiā ab illis, q̄ regenerati per baptismū in filias
 tione dei uenisse uidentur. Et nota q̄ se superius sponsus liliū appellauit conuallū;
 nunc sponsam suā dicit quasi liliū inter spinas, qā ipse qui uere est liliū, per gra
 tiam facit ecclesiam suā esse liliū, candidatā uidelicet uirtutibus, uel ab omniui
 ciorum labore immunit. 1. Timot. 2. b
 Sicut malū inter ligna syluarū, sic dilectus meus inter fi
 lios] Nunc sponsa laudata a sponso, uicē ei reddit, & dicit qualis quoq; ipse sit. Si
 cut malū inquit, & rel. Sicut malus pulchritudinē habet pomorū, & gratū odo
 rem inter agrestia ligna syluarū, ita & mediator dei & hominū homo Christus le
 sus speciali refulget gratia inter filios, i. inter electos. Ipse enim dei filius per naturā
 est, reliquie electi per gratiā, potestate accepta ab unico filio dei, ut sint filii dei. Hinc
 Ioannes, Vidi mis gloriā eius gloriam quasi unigeniti a patre. Non qualēcunq;
 sed quasi unigeniti a patre. Ioan. 1. b
 Sub umbra illius quā desiderabam sedi.] qā in eius
 protectione confido, & ab eo inter aduersa gubernari spero. Umbra enim Christi,
 protectio est diuinitatis, qua electos tuetur & defendit. Ioan. 1. b
 Et fructus eius dulcis
 gutturi meo]. i. diuinitatis contemplatio, qua me satiarī cōfido, hæc enim est sanctorum
 expectatio, hoc præmī & satietas, uisio cōditoris sui. Desiderat ergo umbram
 cōditoris sui ecclesia, qā protectionē illius exoptat in plenitatis uita aduersa. Fru
 ctus illius dulcis gutturi meo est, qā expecto prout specie uisionis illius, & satiarī
 dulcedine charitatis illius. Deut. 6. a
 Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in
 me charitatē. Maht. 22. d
 Cella uinaria est ecclesia, in qua est uinū euangelicæ doctrinae. In
 hanc ergo cellā amica sponsi introduxit, quando ex omnibus genibus in unā ec
 clesiam fideles admittantur. Ordinauit in me charitatē. Inter oēs uirtutes pri
 matū tenet charitas, qua ipsa subsistit ecclesia. Charitas ergo in ecclesia ordīnat,
 qā nō temere nec cōfuse, sed ordinate tenēda est, dei & hominū dilectio. Deus enim
 diligēdus est sup omnia toto corde, tota aīa, totis uiribus, omni mēte. Proximus
 diligēndus est deniq; sicut se unusq; cōditor diligit. Nā confundere uult charitatē, qui
 proximi charitatē dei dilectioni præponit; de quibus dominus in euangelio, Qui
 amat patrē aut matrē plus q̄ me, non est me dignus. Vel etiā ordinauit in me cha
 ritatē, i. ipse prior me dilexit, deinde qualis eum diligere debet docuit, unde ipse
 dicit, Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos. Et Ioan. dicit, diligamus deū, quoniam Ioan. 15. b
 ipse prior dilexit nos. i. Ioan. 4. d
 Fulcite me floribus, stipate me malis, qā amoreлагueo]
 Post q̄ ecclesia uel aīa deo dilecta, in se charitatē ordinatā dixit, qualis uelit reges
 cere, uel in quo lecto cum dilecto sponso suo pausare, ostēdit dicens, Fulcite me
 floribus & rel. Allogtur animas tā pfecte diuino amori inharentes. Per flores,
 initia sancte cōversationis intelliguntur; Per mala uero, pfecta bonorum oper
 exempla. & est sensus, O sancte animæ, quæ dilectioni cōditoris uestri inhæretis,
 fulcite me bonoruū operū exemplis, & qualiter in exordio uirtutū uel in puerū,
 uel in perfectione bonoruū operū uixeritis ostendite, qā amore langueo. Tunc
 enim anima amore dei languet, quando eius dilectioni nihil præponit, immo
 quasi ad secularia opera languida & imbecillis efficitur, nihilq; eam delectat nisi
 meditatio cœlestium & cōtemplatio conditoris sui. Læua eius sub capite meo,
 & dextera illius amplexabitur me] Cum (inquit) in talis lecto iacuero, læua eius,
 id est, sponsi, erit sub capite meo. Per læuam, præsentis temporis prosperitas, uel
 etiā dona dei intelliguntur, quæ sanctis in præsenti uita conferuntur. Per dexterā
 uero, ecclēstis patriæ beatitudo accipit. Læua dei, est pignoris spiritus sancti, scri
 pturarum diuinarum intellectus, & cetera talia dona ac charismata, quibus san
 cta ecclesia in præsenti consolatur. Caput, principale mentis accipitur. Læua er
 go sponsi sub capite sponsæ est, quia hæc omnia dona ad hoc percipit ecclesia, ut

COMMENTARIA CASSIODORI IN

per hæc discat suspirare ad æterna. Dextra uero spōsi eam amplexatur, quia tota infētio ecclesiæ uel animæ fidelis hæc est, ut ad æternā beatitudinē quandoque pueri niat, & specie sui cōditoris gaudeat. Et bene prius lēqua sub capite spōsi post spōsi dextra eā amplectit, quia nemo ad amplexus æternę beatitudinis poterit pueri, nisi hic mysteriorū cœlestium & donorum diuinorū studeat esse particeps.

¶ Adiuro uos filie Hierusalē per capreas ceruoscq; camporū, ne suscitatis, nec euigilare faciatis delectā, donec ipsa uelit] Vox sponsi adiurati filias Hierusalē, i. amicas æternis desiderijs intentas, & uisionē pacis regentes, ne quiescentem sponsam suscitet & ingetent. Adiuro uos & rel. ut dilectam, hoc est, animam diuinā contemplationi deditā, orationibus uel lectionibus diuinis occupatā, inquietare & ad exteriora oga suscitare ne uelitis, donec ipsa uelit, hoc est, donec expleto cōtemplationis tempore, admonēte corporis fragilitate, ipsa uelit suscittari a somno interna q̄etis, & ad temporalia agenda pcedere. Videamus aut̄ per quid adiuret filias Hierusalē: per capreas uidelicet ceruoscq; camporū. Capreæ et cerui munda aialia sunt, serpentibus & uenenis inimica. Significat uirtutes sanctiorū, quæ mūditia spirituali resulgēt, & uenena fraudis diabolicationis solum cauent, sed etiā insectantur, & ad nihilū redigūt. & est sensus: Adiuro uos filię Hierusalē per uirtutes uestras, quas diuina gratia uobis collatas gaudetis, ut anima contemplationi meę deditam non ingetetis, donec contemplationis hora finita, ipsa aliud qđ agere uelit. ¶ Vox dilecti mei] Vox ecclesiæ. Vox dilecti mei, subaudi hæc est. Lætabunda enim ecclesia q̄ tantum diligat a sposo, ut etiā filias Hierusalē pro illa adiuret, ut nō eam regescentem inquietent, dicit: Hæc est vox dilecti mei pro me loquētis. Quem desiderans uidere dilectū, sed nō ualēs, annescit. ¶ Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles] Montes & colles intelligunt pfecti quiq; sancti, conuersationis sublimitate a terrenis subleuati, & quasi camporū planitiem melioris uitæ meritis excedētes. De his montib⁹ Isaías dicit, Erit mons domus dñi preparatus in uertice montiū, & eleuabis super colles. Loquitur ergo sponsa de dilecto suo, Ecce iste uenit saliens in montibus, & transiliens colles, hoc est, etiam secundum humanitatem omnē sanctorū excellentiā, omnem cōtemplationis diuinæ puritatē excedens. Nec stare in montibus, sed transilire dicitur, qđ si ad horā per internā inspirationē cor sanctorū uisitat, subito tñ recedit, ut eos in sui dilectionē accēdat. Potest etiā hoc ad incarnationē Christi referri, qui ueniens quosdā saltus dedit, quia de coelo uenit in uterū uirginis, de utero uirginis in præsepe, de præsepi in baptisimū, de baptismo in crucem, de cruce ad sepulchrū, de sepulchro ad cœlū. hinc Psalmista, Exultauit ut gigas ad currendum & rel. ¶ Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum] Capreæ & cerui, quāuis in sua natura multa habeat, quæ allegoricis sensibus conueniant, hoc habent tamē singulare, qđ in planioribus non morantur, sed in arduis & excelsis locis, quosdā saltus dare solent. Recte ergo his assimilatur Christus, propter subtilem contemplationē, & quia nullo intellectu diuinitatis eius maiestas comprehendipotest. Non autē ceruis, sed capreis assimilatur, minoris homo fieri, sed humiliis homo fieri dignatus est. Hinnulo autem ceruorum similis dicitur, quia secundum humanitatem de ceruis, hoc est, de Patriarchis duxit originem, uel etiam propter uarietatem uirtutum & innocentiam, hinnulo ceruorum comparatur. ¶ En ipse stat post parietem nostrum] Paries, mortalis nosfra conditio appellatur, quia quodammodo inter nos & deū quasi crassus quisdam paries constitutus, non permittit nos eius contemplatione perfici. namq; primus homo ita conditus est, ut uisione & alloquio dei frueretur. Sed post quā pecca

Esa.2.a

Psal.18.

Rom.9.a

Gen.1.d

Gen.3.b

peccauit, appositus est qdamparies, ipsa uidelicet mortalitas, qua prægrauamur.
 Nam (ut Sapiens dicit) corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sponsum ergo suum, quem superius capreis uel hinnulis ceruorum comparauit, nunc dicit post suum parietem stare, quia Christus aliquando uicinus fit cum se quantu humana mens capere potest, contemplari permittit, aliquando uero elongatur, & quasi caprea uel ceruus quibusdam saltibus effugit. Quia ergo paries oppositus erat inter nos & ipsum, nec uidere illu poteramus, dignatus est in ipso pariete facere fenes & cancellos, per quos utcunq; perspicere possit. Vnde & se quitur. [Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos] Quasi enim fene stræ & cancelli in pariete fiunt, cū ipse sua gratia se contéplari permittit, licet in speculo & enigmate. Potest & hoc quod dicit, Ipse stat post parietem nostrum, ad humanitatem eius referri, quasi enim post parietem nostrum stetit, cum carnem nostram sibi opposuit, in qua diuinitas eius latuit. Quod uero seqtur, Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, hoc ad diuinitatem eius refertur. Ille enim qui per fenestras uel cancellos intuetur, cuncta que foris aguntur, uidet, & ipse a nemine uidetur, ita deus, cū omnia uideat, ipse inuestigari, & comprehendendi non potest. [Et dilectus meus loquitur mihi,] ad prædicandum hortatur me, dicens: [Surge, propria amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni.] Vox sponsi ad publicæ operationis studia prouocantis. Surge, propria amica mea per fidem & dilectionem: Columba mea per innocentiam, & simplicitatem; Formosa per uirtutum pulchritudinem, festina et ueni. Ac si diceret, Surge de strato tuo illo dulcissimo, hoc est, de quiete, in qua soli mihi placere in psalmis, hymnis & orationibus desideras, festina & ueni, i.e. festina ad utilitatem proximorum, ut illos quoq; predicationis officio & honorum operi exemplo sui imitatores facias, & ad salutem tecum pducas. Etnotandum q; superius filias Hierusalē adiurabat, ne excitaret, neq; euigilare facerent dilectā; hic uero ipse eam suscitat, & surgere ad laborem hortatur, q; omnia tempus habet, & omnia rerum tempus est sub cœlo, tempus contemplationis, tempus etiā actionis. Alio enim tempore debent sancti prædicatores diuinæ contemplationi insistere, & mentem suam cœlesti quiete oblectare; alio uero tempore per charitatē debet curam proximorū agere, & eis honorum operum exempla præbere, ac diuinę cōtemplationis doctrinam impendere. Clam enim hyems transiit, imber abiit & recessit] Hyemis & imbris nomine, asperitas infidelitatis exprimitur, quæ totum mundum tenebat usq; ad aduentum Christi. Dicit ergo sponsus, Surge amica mea & ueni, quia hyems transiit sole iustitiae a parente, & imber infidelitatis recessit, ac serenitas uerae fidei in mundo resplendit. Tale est qd Apostolus ait. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. [Flo- res apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit] Finita hyeme & imbre flores in terra apparuerūt, decor uidelicet uirtutū & pudicitiae, & transfuite asperitate infidelitatis, uerna fidei successit tempes, tempus putationis uenit, hoc est, purgationis sanctorū. Putatio enim uinearum, sanctorum significat purgationem, q; in Christo & per Christū est, de qua ipse, Ego sum uitis, uos palmites. [Vox turturis audita est in terra nostra] Hoc est, vox prædicantium apostolorū. Turtur enim auis est castissima: & quoniā in excelsis semp arboribus morari solet & nidificare, aplos uel ceteros doctores significat, qui possunt dicere, Nostra cōuersatio in cœlis est. Quod etiā gemitum pro cantu habet, sanctorū ploratum significat, qui suos ad fletum & lamenta hortantur, dicentes: Miseri estote & lugete, risus uester in luctum cōuertatur. Vox turturis audita est in t.n.i. vox prædicantium apostolorum; in terra nostra, hoc est, in ecclesia, de qua Psalmista, Domini

Eccle.3.8

Rom.13.4

Philip.3.4

Iacob.4.5

COMMENTARIA CASSIODORI IN

Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius. ¶ Ficus protulit grossos suos] Ficus synagogam significat, grossi autem dicuntur primitiæ & immaturæ ficus, inabiles ad edendū, qui ad pulsum uerti facile cadunt. Voce autem turturis insonante, ficus protulit grossos suos, quia apostolis predicantibus emerserunt multi de synagoga ludorum, qui et in Christū crederent, & tamen legē carnaliter obseruare uellent, magisq; auctoritate legis delectarentur, qd dulcedine euangeliū, uolentes circuncisionem, sabbatū, & alia legis præcepta iuxta literam obseruare, de quibus Apostolus dicit, Aemulantur uos nō bene, sed uolunt uos circumcidere, ut in carne uestra glorientur. ¶ Vineæ florentes dederunt odorem] Postq; uox turturis audita est, postquam fucus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem: quia multitudo ecclesiarum per latitudinem orbis diffusa est, quæ flores uirtutum & odorem bonæ operationis late de se spargerent. ¶ Surge, ppera amica mea, speciosa mea, & ueni] Noli (inquit) sponsa mea, quam mihi per fidem & dilectionem amicam feci, otioso torpore lente scere, sed surge & ueni, & exempla uitatum foris proximis ostende. ¶ Columba mea in foraminibus petre] Si petra est Christus, iuxta qd Apostolus ait, Petrus autem erat Christus: foramina petræ, sunt uulnera quæ pro salute nostra in cruce suscepit, fixuræ uidelicet clauorum, & lanceæ percussura. In his ergo foraminibus columba, i.ecclesia moratur, quia tota spem salutis sue in passione sui redemptoris constituit. Ibi ab insidijs malignorum spirituum quasi a raptu accipitris secura delitescit, ibi nidificat, i.e. foetus bonorum operum cōgerit. ¶ In cavaerna macerie] Macerie ex siccis lapidibus ad munimenta uinearum solent fieri, ad repellendas uulpes uel ceteras nocivias bestias. Per maceriā ergo significatur cœlestium custodia uirtutū, angelicū uidelicet præsidium: Sicut Isaías de domini uinea ait, Et maceriam circundedit, & circufodit uineam. In cavaerna ergo maceriat moratur, quia præsidio angelorum undiq; circundatur, & a temptationibus diaboli custoditur. ¶ Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, quæ vox tua dulcis, & facies tua decora.] Tu (inquit) dilecta mea, quæ in lecto contemplationis dulcissime quiescis, ueni & ostende mihi faciem tuam, id est, a secreto quietis egredere ad publicam actionem, & pulchritudinem honorum operum tuorum alijs ad exemplum demonstra. Ostende mihi dicit, quasi enim deo faciem suam ostendit ecclesia, cum proximis ad utilitatem & profectum per uirtutum opera, quātam intrinsecus habeat pulchritudinem demonstrat. hoc est quod dominus dicit in euangelio, Videant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum qui in cœlis est. Sonet uox tua in auribus meis. Vox uidelicet prædicationis uel diuinæ laudis, qua alios proficere. In auribus enim domini uox ecclesiæ sonat, cum per prædicationem ex multorum conuersione delectatur deus. Bene autem dicit, Ostende mihi faciem tuam, & uox tua, non alienam tuam uidelicet faciem mihi ostende, quam in baptismo tibi dedi, quando mundauite ab omni peccato. Vox tua dicit, in auribus meis sonet, ut ex sincera intentione dilectionis meæ procedat, ut non propter aliud prædices nisi propter me. ¶ Capite nobis uulpes, paruulas, quæ demoluntur uineas; nam uinea nostra floruit] Vox sponsi præcipientis sponsæ sue & filiabus Hierusalem, sanctis uidelicet doctoribus uel animabus fidelibus. Capite (inquit) nobis uulpes paruulas. Uulpes est dolosum animal & fraudulentum, in caverne & specubus habitans, nec recto, sed tortuoso incedens itinere. ideoq; designat hæreticos uel schismatiscos, qui demoluntur uineas, hoc est, ecclesiam dei, plebem uidelicet fidelium, lacerare & decipere nō cessant. Præcipit ergo ut paruulas uulpes capiant, id est, ut hæreticam prauitatē in ipso initio debellare & destruere non cessent, ne robusta facta fortius impugnet. Nā uinea nostra floruit, id est, ecclesia per uniuersum mundum.

mundum flores uirtutū emisit. Et nota quod cum superius uineas pluraliter dis-
xerit, modo dicit singulariter, uinea nostra floruit, qā ex multis ecclesijs una est
electa ecclesia. **D**ilectus meus mihi, & ego illi, qui pascit inter lilia, donec aspi-
ret dies, & inclinēter umbra] Vox sponsæ, Dilectus meus mihi, subaudis societ
uinculo charitatis & amoris, & ego illi coniungar & consentiā uicissitudine mu-
tuæ dilectionis. uel dilectus meus, subaudis det uerba exhortationis, & diuinæ
promissionis, & ego subaudis ostendā illi faciem meā, uel etiā dilectus meus di-
gnetur mihi coniungi glutino charitatis, & ego illi coiungar uinculo dignæ obe-
dientiæ, obtemperans præceptis eius. Qui pascitur inter lilia, hoc est, delectatur
& iucundatur inter candidas & odoriferas uirtutes sanctor̄. Et notandum q̄ su-
perius lilyum singulari dicitur, hic uero pluraliter lilia, quia multæ sunt uirtutes
sanctorum, una tantū fides est, & una charitas, qbus præcipue deus delectatur.
Sive etiam pascitur inter lilia, hoc est, suauissime delectatur inter uirgineos cho-
ros. Candor enim lilyorum, recte munditiæ uirginali cōparatur. Donec aspiceret
dies, hoc est, donec transeant nubila p̄sentis uitæ, & appareat dies, hoc est, ueniat
claritas sempiternæ beatitudinis. Et est sensus, Dilectus meus mihi p̄stat auxi-
lium, & ego illi dignam præbeo obedientiam, qui uirtutibus sanctor̄ delectat,
quousq̄ transcursa nocte præsentis uitæ, in qua per speculū & in ænigmate cer-
nitur, appareat dies supernæ claritatis, ut facie ad faciem uideatur. **R**euertere,
similis esto dilecte mi capreæ aut hinnulo ceruor̄ super montes Bethel.] Vox ec-
clesiæ, spōsi sui speciæ desiderantis. O dilecte mi, qui de lecto quietis me surgere
præcipis, & ut tibi faciem meam ostendam hortaris, reuertere, hoc est, claritatē
diuinitatis tuæ me speculari pmitte, & hoc quod mihi pfecte promittis in alia ui-
ta, beatitudinē uidelicet, & cognitionem tuam, in hac adhuc peregrinatione me
saltem in figura & ænigmate habere pmitte. **S**imilis esto capreæ aut hinnulo
ceru. su. mo. Bethel.] Iam dictum est superius, q̄ capreæ campos despiciunt, et ad
alta montium enituntur. Christus ergo capreis comparatur, quia secundum car-
nem resurgens a mortuis, cœlorum alta petiunt: hinnulus uero ceruor̄ uocatur,
hoc est, filius antiquorum patrum. Cerui enim sunt patriarchæ & prophetæ, de
quibus Christus carnis duxit originē. Fertur hinnulus hanc habere naturam, ut
feruente sole opaca & umbrosa loca regrat, in quibus ab æstu protegatur, sic &
Christus in eorum mentibus requiescit, qui rore spiritus sancti ab æstibus car-
nalium uoluptatum temperantur. Ac si diceret, O dilecte mi reuertere, hoc est,
sepius me tua uisitatio illustrando letifica, qui per carnē quam assumisti, iam
cœlor̄ sublimia penetrasti. Montes autem Bethel, mentes sanctor̄ significant,
aterrenis per superna desideria eleuatas. Nam Bethel domus consurgens, uel
domus uigilarum, uigiles mentes sanctorum significat, quæ ad desideranda su-
perna consurgunt, & ad ea percipienda inuigilant, habentes in se deum inhabi-
tatem, qui dicit per prophetam, Inhabitabo in illis & in ambulabo. Super hos
ergo montes Bethel dilectus similis est capreæ uel hinnulo ceruorum, quia illas
uisitare dignatur, quæ domus dei esse student.

Caput III.

TN lectulo meo per noctes quæsui quē diligitanima mea, q̄sui illū, &
non inueni] Vox est ecclesiæ de ḡtibus cōgregate. In lectulo (inquit)
meo, hoc est, cū adhuc in desiderijs carnalib⁹ regescerē, et cū adhuc in
ifidelitatis & ignoratiæ tenebris posita essem, q̄sui quē diligita aia mea.
Multi em̄ philosophor̄ deū ignorantes, studio tamē summo illū regrebant, per
creaturam creatorē cognoscere uolentes, sicut Plato, qui in Timæo multa de
anima disputauit: & sicut Aristoteles, Socrates, & cæteri, qui om̄ne uitæ suæ tem-
pus in studijs exgrendæ ueritatis exp̄debant. Quæsui illū, & non inueni. Non
enim

Math.1.2
Luc.4.4
Rom.9.2

Plato

COMMENTARIA CASSIODORI IN

.1.Cot.1.c enim per mundanā sapientiā deus cognosci potuit. ¶ Surgā & circuibo ciuitatē, per uicos & plateas, querā quem diligit anima mea. Quesiū illū, & nō inueni] Exurgā (inquit) de strato corporis & carnalis delectationis, & circuibo ciuitatē huius mūdi, maria ac terras peragrādo. Per uicos & plateas, querā quē dī, a, mea, hoc est, p̄ lata itinera gradientes huius seculi, & suis uoluptatib⁹ deditos aspiciā, si forte in illis dilecti mei uestigia inueniā. Hoc cū causa exēpli de multis dici possit, p̄cipue tamē in illo enucho impletū est, q̄ a finibus terrae uenit deū celi Hierosolymis adorare, quē Philippus inuenit, eiq̄ Christū in prophetia Esaię ostēdit. Hoc quoq̄ in Cornelio adimpletū est, q̄ adhuc paganus & ignorās deū, eleemosynas faciebat, & orationib⁹ uacabat, quē Petrus cū omni domo sua baptizauit. Iterat aut̄ difficultatē inuentiōis, & dicit: Quesiū, & nō inueni. ¶ Inueniēt mei giles, q̄ custodiunt ciuitatē] Vigiles sunt sancti Apostoli & ceteri doctores ecclesiæ, q̄ ciuitatē i. sanctā ecclesiam custodiunt, & ab insidijs infidelit⁹ & spirituali hostiū defendunt. Quos interrogat, ¶ Num quē diliḡt aia mea uidistis? Quasi uigiles ecclesia interrogat, cū intenta aure eorū prēdicationē p̄cipit. ¶ Paulū cū p̄transiſsem eos, inueni quē diliḡt anima mea] Pertransire uigiles est, eorū dicta & doctrinā diligent̄ p̄scrutari. Solemus nanc̄ dicere, Transcurri lib̄e gens, uel p̄transiū. Cū (inquit) p̄transiſsem eos, inueni quem diliḡt anima mea. Quia cū sollicita meditatione dicta uel scripta sanctorū regrimus, statim dilectū inuenimus, q̄a deū in eorū dogmatibus reperiuntur. Potest & sic intelligi. Cum p̄ transiſsem eos, inueni quē diliḡt aia mea, hoc est, cū intellexiſsem Christū omnē sublimitatē & gratiam supare, tunc inueni quē diliḡt anima mea, hoc est, tūc uerē intellexi, quantū ipse a cæterorū sanctorū meritis distet. ¶ Tenui eū nec dimittā donec introducā illum in domū matris meę, & in cubiculū genitricis meę] hoc est, ardentissima fide ac deuotiōe illi inhæsi, nec dimittā eū, sed in eius amore & si de p̄seuerabo, donec introducā eū in domū matris meę, & in cubiculū genitricis meę, hoc est, donec illū synagoge, q̄ est mater mea spiritualiter, p̄dicem, & eā q̄ ad eius fidem p̄ducam. Hoc fiet in fine mundi, quando (ut ait Apostolus) plenū dogentiū introierit, tūc omnis Israël saluus fiet. Tantū ergo sibi de charitate sp̄soli sui ecclesia p̄mittit, ut et iā se credat synagogam posse cōuertere. Quod aut̄ dicit, Donec introducā illum, nō est putandum q̄ tunc relictura sit illum cū in cubiculum matris introduxerit, sed Donec pro sempiterno ponit, i. semper illi inhæbo, semper in eius fide & dilectione p̄seuerabo. Tale est in psalmo, ita oculi nostri ad dominum deū nostrum donec uisceretur nostri. Nungd postq̄ nostri misertus fuerit, non erunt oculi nostri ad eum: Vtq̄ erunt. ¶ Adiuro uos filię Hierusalem per capreas ceruosc̄ camporę, ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectā, q̄adusq̄ ipsa uelit] Bis repetitur iste uersiculus. Nā iam superius positus est, sed supra ad ecclesiam primitiū de Iudæis collectā pertinet, hic uero ad ecclesiam de gentibus congregatā, & amoris uinculo Christo arctius copulatā. Vna enim eadem cura est deo de sanctis, qui uel in circuncisione, uel etiam tempore baptismatis coruscāte gratia euāgelij, illi placuerūt. Quia uero iste uersiculus suplus expositus est, iam uidendū est, quare ueluti dormientē inducat ecclesiā, unde et adiurat filias Hierusalē, ne éam excident, cū paulo superius nō dormientem uel quiescentem, sed studio laboriosissimæ inquisitionis insistentem, qua sponsum inquirebat, introducat. Si ergo requirebat sponsum, quomodo requiescebat, sed dulcissimus & suauissimus somnus est, Christum querere. Dormit ergo ecclesia, & Christum quærit, dormit uidelicet a desiderijs terrenis, & ab actibus seculi, uigilat autem & requirit sponsum, quia eius contemplationi inhæret,

ret, eum solum desiderat, ad illum peruenire contendit. Adiurat ergo sponsus filias Hierusalem, aias uidelicet desiderijs supernæ patriæ inhærentes, ne illam existent ab hoc somno suauissimæ quietis & contemplationis, donec ipsa uelit. Somnus autem merito amor appellatur, quia sicut dormiens a visibilibus oculos claudit, & inuisibilia contemplatur, ita is qui diuinæ cōtemplationi insitit, quasi alienus exteriorib. dormit, & sola spūalia et coelestia uidet. Nec mirū si amor somnus uocat, cū i seqnib. morsamor appelleat. Fortis ē ut mors dilectio. Cū autē dicit, do nec ipsa uelit, ostendit eccliam de gētibus uoluntarie se p̄paraturā, & ad labores & p̄secutiōes pro Christo perferēdas. ¶ Quæ est ista q̄ ascendit per desertum sicut vīrgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris et uniuersi pulueris pigmentarij.] Vox filiarum Hierusalem, i. sanctorum primitiæ ecclesiæ admirantium pulchritudinē ecclesiæ de gētibus cōgregatæ. Quæ est (inquit) ista? Quæ, i. quælis. Quarita laude & admiratione digna, quæ non circūcisione mundata, nec adhuc baptismo sanctificata, iam currit ad deum. Ascendit (inquit) per desertum. Hoc dicitur ad imitationem priscae plebis Iudaicæ, quæ liberata de Aegyptia seruitute, per desertum mari rubro transito, uenit ad terram re promissionis. Sic & ecclesia per desertum nationum ascendebat, iam de Aegypto (hoc est, de cōfusione idolatriæ) liberata, & Pharaone, i. diabolo submerso, ut cœlesti māna pascere, & uerā terrā re promissiōis ingredere. Ascendit (inquit) ad mōtes uirtutū, uel etiā ad ipsum celū uirtutibus subleuata, q̄ in psalmo dicit: leuaui oculos meos in mōtes, &c. & alibi: Ad te leuaui oculos meos, q̄ habitas in celis. Mōtes ipsi sunt patriarchæ, prophetæ, apostoli, & ceteri sancti dei, q̄ merito uirtutū appellati mon tes. Primo em ad mōtes, i. ad sc̄tōs subleuat oculos ecclesia tiel aia fidelis, q̄ illorū doctrinam actusq; considerat, illoꝝ exemplo & intercessione muniri gaudet. Postea proficiēs, ad ipsum quoque qui fecit mōtes, audet cordis aspectum diriger, et dicit: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis, i. gratian⁹ requiescis in sanctis. Sicut (inquit) uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. Fumus ex ingrī nascit & mox aliora aeris expedit, donec aspectibus intuētium subtrahatur. Fumus igitur significat sanctum desideriū ignē diuinī amoris perfusum. Nec absolute fumo comparantur, sed uirgula fumi, quia sancta ecclesia uel anima deum amās, grācilis est & delicata, disciplinis spiritus sancti attenuata, non habēs grossitudinem carnalium desideriorum. Siue urgula fumi, non sparso fumo cōparantur, propter unitatem ecclesiæ, quæ in Christo unum est. Vnde uero esset ille fumus, ostendit cum subdit, Myrrhæ & thuris & uniuersi pulueris pigmentarij. Myrrha condiuntur mortuorū corpora, thus uero adoletur in sacrificio dei; ideoq; per myrrham carnis mortificatio designatur, per thus munditia orationū exprimitur. Virgula ergo fumi myrrhæ & thuris, ecclesia assimilatur; quia sancti mortificatione carnis suæ, & orationibus mundo ac simplici corde profusis, deo placere student. Et uniuersi (inquit) pulueris pigmentarij, i. congerie omnium uirtutum. Non autem integrā fuisse aromata, sed in puluerem redacta dicuntur; quia sc̄torum actiones magna discretione cōsiderande sunt, & tanquam cribro subtilissimæ considerationis euentialandæ, ne quid forte in illis durum aut inconveniens existat, ne saltem per ipsas uirtutes aduersariū milleformis subrepat, qui callidus per bona etiā cōsueuit nocere. ¶ En lectulum Salomonis, sexaginta fortis ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Vniuersi que ensis super semur suum] Quo hæc dilecta & mirabilis ascēderit ostendit cum subditur, En lectulum Salomonis & rel. Lectus Salomonis, quāuis supna illius celestis beatitudinis reges accipi possit, in qua deus cū suis sanctis requiescit, probabilius tamen præsens accipitur ecclesia, in qua sancti dei, sopis

Exod. 14.8

Psal. 120.
Psal. 122.

Psal. 122.

x ij tis tu

COMMENTARIA CASSIODORI IN

tis tumultibus uitiorum, amplexu Salomonis, id est, ueri pacifici delectant. Vnde
 Psal. 75. de et Psalmista de Christo dicit. Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in
 Sion. Lectulum ergo Salomonis, id est, ecclesiam Christi, LX. fortis ambiunt ex
 fortissimis Israel. Per sexaginta fortis, ordo doctorum intelligitur, qui uel praedicando
 Gen. 1.d ecclesiam muniunt, uel contemplando ad illam supernam beatitudinem
 peruenire desiderant. Sexagenarius autem numerus ex senario & denario con-
 stat. Sexies enim deni, uel decies seni, LX. fiunt. Senarius uero pfectio[n]e significat
 operis, quia VI. diebus perfecit deus opera sua; denarius uero remunerationem
 et premium, quod in fine electis dabitur. Vnde et hi qui in vineam uenerunt, de-
 narium leguntur accepisse. Sexaginta ergo fortis, significant (ut dictum est) san-
 ctos doctores, fortis & animo constantes. Addit uero, Ex fortissimis Israel. Omnes
 in Christum credentes, & Christum diligentes, Israel (i.e. uir uidens deum) ap-
 pellatur. Fortissimi uero Israel sunt, qui ecclesiam tueri predicando, & ab incur-
 sibus demonum uel impugnatione haereticorum defendere nouerunt. Hi ergo
 ambiunt lectulum Salomonis, quia illis commissa est ecclesia, & ab illis uigilanti
 cura est custodienda. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Tenet enim
 Ephes. 6.c gladium spirituale uerbum dei, de quo Apostolus. Et galeam (inquit) salutis
 assumite, & gladium spiritus quod est uerbum dei. Ad bella uero sunt doctissi-
 mi, quia necesse est ut spiritualis praelij arte instructi sint, q[uo]d aduersus mundi prin-
 cipatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiri-
 tualia nequitiae in coelestibus bella gerunt. Versutissimus enim ille est hostis, &
 tam subtilitate spiritualis nature, quam etiam temporis longeuitate doctissimus,
 contra quem sancti bella suscipiunt. ¶ Vniuersitatem super femur suum pro-
 pter timores nocturnos.] Per femur propagatio lobolis accipitur. Super femur
 ergo enses habent, qui timore dei omnes coprimunt, & coercent motus carnalis
 uoluptatis. Ethoc propter timores nocturnos, id est, propter occultas insidias
 maligni hostis, qui in nocte huius seculi sanctis maxime, qui in ecclesia praem-
 net, insidiatur, ut illis deceptis, lectulum Salomonis, id est, requiem sanctorum
 foedare possit. Et notandum quod superius tenere gladios dicuntur, hic uero
 super femur enses habere. Gladios enim tenent, ut aduersariis resistant, et eos su-
 perent & ut haereticos & omnes sanctae fidei contradicentes confodiant. Super fe-
 mur ergo enses habent, ut suimet curam gerant, ut fluxus carnalium uoluptatum
 reprimant, ne alijs praedicantes ipsi reprobi efficiantur. ¶ Ferculum fecit sibi rex
 Salomon de lignis Libani. Quod superius per lectum Salomonis, hoc nunc de-
 signatur per ferculum, sancta uidelicet ecclesia, in qua uelut in lecto requiescunt
 sancti dei, & uelut in lecto discubunt ad epulas aeternae beatitudinis & satietatis.
 De lignis Libani fecit Salomon ferculum. Libanus mons est Phenicis, cuius
 arbores & proceritate & pulchritudine & durabilitate ceteris preminet, ideoque
 significant sanctos uirtutum specie fulgentes, & ad aeterna festinantes. Libanus
 enim candidatus uel candidatio interpretatur, uel dealbatio. Ligna ergo Libani
 sunt sancti candidati uel dealbati in baptismo, & exornati omnium uirtutum pul-
 chritudine. ¶ Columnas eius fecit argenteas.] Per columnas doctores eiusdem
 ecclesiæ significantur, qui eam uerbo & exemplo sustinent ac roboran. Vnde et
 in Actibus Apostolorum dicitur: Iacobus, & Ioannes, & Cephas, qui uidebantur
 Act. 10.f columnæ esse. Haec columnæ sunt argenteæ, quia nitore coelestis eloquuntur
 Gal. 2.b eloqua em dñi, eloqua casta, & reliq. ¶ Reclinatoriū aureū, ascensum purpura-
 Psal. 11. reū.] Per reclinatoriū aureū, reges aeterna accipiunt, q[uo]d sanctis in ecclesia remittuntur,
 ad quam tamen ascensus est purpureus. Purpureus ascensus est passio Chri, q[uia] purpura
 colorē sanguinis imitatur. Ascensu ergo purpureo ad reclinatoriū guenit, q[uia] ille
 ad

If ad æternarum epularum discubitum, & ad supernæ quietis requiem ueniunt,
qui in præsenti passionem redemptoris sui digne uenerari & imitar satagunt.
Quia nisi quis actiones ac uitæ Christi imitatus fuerit ad æternæ regem puenire
nō poterit. [Media charitate cōstrauit prop̄ filias Hierusalē] Media charitate
cōstrauit, quia omnibus fidelibus suā charitatem Christus cōmendauit, patien-
do pro nobis, & requiem nobis præparando, iuxta quod Apostolus dicit. Com-
mendat autem deus suam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc peccatores
essemus, pro nobis filium suum in mortem tradidit. Aliter: Per columnas argen-
teas, apostoli & apostolici viri designantur: per reclinatoriū aureum, doctorum
ordo, qui cū ineffabilia æternæ uitæ gaudia, pmittunt, utiq; nos suauiter regesce-
refaciunt. Et hoc reclinatoriū bene aureum dicitur, quia ineffabile est illud
præmium, quod sancti expectant. In rebus enim caducis nihil pretiosius est au-
ro. Per ascensum uero purpureum, ordo signatur martyrum, qui passionē Chri-
sti imitati, pro illo suum sanguinē fuderunt. Sed quid nos faciemus, dicit beatus
Gregorius, qui nullius meriti sumus? Non inter doctores, non inter martyres
locum nō habere uidemur. Sequitur, Media charitate constrauit. Habeamus
ergo charitatem, qua media huius ferculi constrata sunt, quæ & idcirco latum
mandatum uocatur, quia omnibus suis obseruatoribus æternam salutem parat.
Hanc efficaciter teneamus, & per hanc saluabimur. Et hoc propter filias Hieru-
salem, hoc est, propter animas simplices, & nullius sibi uirtutis conscientias, quæ
quanto maioris fragilitatis sibi sunt conscientiae, tanto amplius saluatorem & redem-
ptorem suum diligere satagunt. [Egredimini, & uidete filię Sion regem Salo-
monē in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, et
in die lætitiae cordis eius] Vox ecclesiæ inuitantis animas fidelium ad intuendum
quā mirabilis & sp̄ciosus sit sponsus eius. Filiæ nanc̄ Sion, ecclesiæ sunt, q; & fi-
liæ sunt Hierusalē, sanctæ uidelicet animæ signæ illius ciuitatis ciues, q; & perpe-
tua cum angelis pace fruuntur, & per contemplationem gloriam dei speculan-
tur. Egredimini (inquit) o filię Sion, hoc est, exite de turbulentia huius seculi con-
uersatione, ut mente expedita eum quem diligitis contemplari possitis. Et uide-
te (inquit) regem Solomonem, hoc est, uerum pacificum Christum, in diadema-
te quo coronauit eum mater sua. Acs diceret, Considerate Christum prouobis
carne indutum, quam carnem de carne uirginis matris suæ assumpsit. Diade-
ma nanque uocat carnem, quam Christus assumpsit pro nobis, in qua mortu-
us destruxit imperium mortis, in qua etiam resurgens, resurgendi nobis spem
cōtulit. De hoc diademate Apostolus ait, Vidi uerum per passionē gloria &
honore coronatū. Mater uero sua eū coronasse dī, q; uirgo Maria illi de sua car-
ne carnis mater sē p̄buit. In die desponsationis eius, hoc est, in tempore incarnationis
eius, quādo sibi ecclesiā coniunxit nō habentē maculā aut rugā, uñ quando deus
homini cōiunctusest. Et in die lætitiae cordis eius. Lætitia em̄ & gaudiū Christi,
salus & redemptio humani generis est, iuxta quod in euangelio multos ad fidem
suam cernens conflueret, in illa (inquit euangelista) hora exultauit, & dixit:
Confiteor tibi pater coeli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & pru-
dentibus, & reuelasti ea paruulis. Et in euangelica parabola inuenta oue, con-
uocauit amicos dicens, Congratulamini mihi. Potest hoc & simpliciter totum
ad passionem Christi referri iuxta literam. Præuidens enim Salomon in spiritu
passionē Christi, longe ante p̄monebat filiā Sion, i. plebē Israeliticā, egredimini
inquietes, & uidete regē Salomonē, i. Christum, in diademate, i. in sp̄inea corona,
qua coronauit eū mater sua synagoga in die desponsationis eius, quādo uidelicet
sibi coniunxit ecclesiā; & in die lætitiae cordis eius, quo gaudebat pet suā passio-

Rom.5.b

Heb.2.c
Luc.1.d

Ephe.5.f

Math.11.d
Luc.10.c
Luc.16.a

COMMENTARIA CASSIODORI IN

nem redemi mundum de diabolí potestate. Egregimini ergo, hoc est, exite de
 tenebris infidelitatis, & uidete, hoc est, mente intelligite, quia ille qui ut homo
 patitur, uerus est deus, uel etiam egregimi*nū* extra protam ciuitatis uestræ, ut eū
 in Golgatha monte crucifixum uideatis.

Caput IIII.

Viam pulchra es amica mea, q̄ pulchra es] & decora. Vox Christi. Bis
 repetit, q̄ pulchra es, in opere uidelicet & prædicatione. In opere, qā ni
 hil foedū, nihil oculis meis indignū agis: in prædicatione, quia ad cōsis
 derandum incarnationis meæ mysteriū, etiam sodales tuas filias Hieru
 salem inuitare nō cessas. **[O**culi tui columbari] Per oculos intelligitur acumē
 sensuum spiritualiū, quibus diuina & sempiterna contemplatur ecclesia. Colum
 bæ autē oculi ecclesiæ cōparantur prop̄ spiritualem gratiā, quia sp̄ritus sanctus
 in specie columbæ apparuit. Sequit̄ aut̄. **[A**bſq̄ eo qđ intrinsecus latet]. i. abſq̄
 supernæ illius retributionis gloria, quā in fine seculi es perceptura, quā etiā in p̄
 senti per fidē contempleris, latet tamē intrinsecus, nec enim in p̄senti uideri po
 test: sed in futuro p̄ficietur. **[C**apilli tui sicut greges capræ, que ascenderūt de
 mote Galaad.] Per capillos ecclesiæ, subtile ecclesiæ cogitationes accipunt, qbus
 temporalia plerūq̄ disponunt. Cōparantur uero gregibus capræ, quia hęc ani
 malia munda sunt, & in rupibus siue in excelsis locis resupinata pascuntur, quia
 cogitationes sanctorum, etiā pro corporali necessitate in temporalibus siunt, tan
 men ab æternorū intentione non discedunt, & in ipsa etiam cura, quam necessi
 tati corporeæ impendunt, q̄si coelum semper intuētur. Possimus etiā per oculos,
 doctores ecclesiæ & p̄dicatores accipere, qui in corpore, cui caput Christus est,
 summū locum tenēt, & cœlestia ac spiritualia p̄cæteris membris uident. Per ca
 pillos uero, innumeram multitudinē simplicium fidelium, in laicali ordine cōsti
 tutorū intelligimus, qui etiā minus uident spiritualia, sua tamen multitudine &
 numerositate magnum decus p̄stant ecclesiæ. Et bene gregibus cōparantur ca
 prarum. Capra peccatorib⁹ conuenit, per qđ plebes fidelium actionibus seculi des
 ditæ, q̄ sine peccato agi non possunt, intelliguntur. Bene aut̄ sequitur, Quæ ascen
 derūt de mote Galaad. Galaad, aceruuus testimonij interpretat iuxta literā qđē:
 ideo, qā cū Iacob recederet de Mesopotamia, p̄secutus est eū Laban, & die tertia
 reperit eū, ibi q̄ in testimonij mutui foederis aceruu lapidū erexerunt. Mytice,
 aceruuus testimonij Christus est, in quo multitudo consistit omniū sanctorū, qui
 sunt lapides uiui, adhærentes illi uero lapidi, de quo Petrus dicit, Ad quem acce
 dentes lapidē uiuum, & ipsi tatiq̄ lapides uiui supædificamini. Greges ergo ca
 præ de monte Galaad ascenderunt, qā sanctorū multitudines ad excelsa uir
 tutū conscedunt, & Christi doctrinam ac p̄cepta in omnibus sequi satagunt.
[Dentes tui sicut greges tonsar̄ ouium, q̄ ascenderunt de lauacro] Sicut ḡ ca
 pillos ecclesiæ innumerabilis multitudo simpliciū fidelium intelligitur, ita & per
 dentes ecclesiæ doctores intelliguntur. dentibus em̄ cibos cōmolimus. Et sancti
 doctores bene dentib⁹ conformant, qā spirituales cibos, quos simplices capere
 nequeūt, ipsi quodāmodo exponendo cōminuunt. Dens ecclesiæ p̄cipiuus erat
 Petrus, cui dictū est in uisione: Surge, occide, & māduca. Ac si diceref. Eos quos
 ad fidē cōuertis, occide ab eo qđ sunt. i. ut desināt esse peccatores: et māduca, hoc
 est, transfer uel transforma in corpus ecclesiæ. Bene aut̄ hi dentes ouibus tonsis
 & lauacro lotis comparātur. Solent em̄ oues post tonsionē currenti aqua ablui,
 ne illotus sudor corpori adhærescat, & scabiē generet. Tonsi ergo sunt sancti do
 ctores & magistri ecclesiæ, q̄ et lauacro baptismi abluti sunt, & uellera. i. facultas
 tes & substantias suas pro Christo amiserūt. Omnibus qđem fidelibus cōuenit,
 quod

quod dicit, Qui ascenderunt de lauacro, nullus enim sine lauacro baptisimi fidelis esse potest. Non autem omnibus tonsio conuenit, quia non omnes ita sunt perfecti, ut sua pro Christo ualeant amittere, sed illis specialiter hoc congruit, qui secundum uerbum domini uendit omnia sua, & dant pauperibus, & nudis atque expediti sequuntur Christum. Tales ergo sunt detes ecclesiae sanctae, i.e. predicatorum et ministri eius, oues per innocentiam abluti baptismi, uoluntaria paupertate & rebus spoliatione gaudentes. Segitur. [Omnes gemellis fetibus, & sterilis non est inter eas] Quia gemina charitate, & dilectione dei & proximi praeminent, & hanc obseruant docent. uel etiam quia fidem & operationem prae dicant. Et sterilis non est in eis, nullus uide licet alienus est a bonis operibus. [Sicut uitta coccinea labia tua, & eloquum tuum dulce] Per labia ecclesiae sancti predicatorum accipiunt, qui & per dentes figurantur. Coccus autem sanguinis uel ignis habet speciem. Labia ergo ecclesiae (i.e. sancti predicatorum) uitae coccineae comparantur, quia passionem Christi assidue praediscant, qui pro nostra redemptione sanguinem suum fudit; siue uitiae coccineae assimilantur, quia predicatorum ardente dilectione, diligentes eos quibus uerba praedicationis impeditunt, & etiam a quibus mala patiuntur. Ad hoc etiam pertinet, quod spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, quia loquentes & ardentes fecit apostolos ardentes dilectione, loquentes prædicatione. Et bene uitta coccinea dicitur. Vitta enim capillos ligat & constringit, & sancti doctores sua prædicatio ad unitatem fidei & dilectionis multitudinem fidelium in ecclesia nectunt, & in unum decentem redigunt. Possunt etiam per capillos, subtile cogitationes mentis accipi. Vitta ergo coccinea crines ligamus, quando cogitationes nostras disciplina timoris dei constringimus & coercemus. Et eloquium dulce. Dulce est eloquium ecclesiae, cum sancti doctores uel passionem sui redemptoris ad memoriam reducunt, & prædicant quantum deus hominem dilexit, uel etiam cum coelestia premissa auditoribus annuntiant. [Sicut fragmen malii punici, ita genae tuae, absque eo quod intrinsecus latet] Per genas superius diximus ecclesiam figurari. Nam cum uerecundamur, rubor sanguinis in genis effunditur, malum autem Punicum, rubicundum habet corticem, interius uero multitudine granorum plenum est, unde & malum granatum uocatur. Per fragmen ergo malii punici, memoria eiusdem passionis dominicae accipitur, que & in coco superius figuratur. Solet enim una res diuersis exprimitur figuris. Genae ergo ecclesiae, fragmini malii punici comparantur, quia sancti doctores uenerabiliter agunt memoriam passionis redemptoris sui, nec erubescunt crucem eius, immo gloriantur dicentes cum Apostolo, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. & alibi Apostolus ad discipulum suum scribens, Noli (inquit) erubescere crucem Christi, neque me uinctum eius. Bene autem genae non integro malo punico, sed fragmini comparantur. Malum enim punicum cum frangitur, exterius rubor, interius candor apparet. Sic & sancti predicatorum & doctores cum passionem Christi annuntiant, quia si rubor est exterius: cum uero quanta utilitas nostrae redemptionis inde provenierit, & quod homo per passionem Christi non solum a peccatis iustificari, sed etiam quod diuinum consortium meruerit, demonstrant, quasi candidum est quod intrinsecus latet. Possunt etiam per genas ecclesiae martyres figurari, qui rubicundi sunt effusione sanguinis sui uelut malum punicum. Sed fracto masto punico, candor interius apparet, quia post mortem miraculis coruscant. [Si eut turris David collum tuum, que edificata est cum propugnaculis] Collum sancte ecclesiae, predicatorum sancti & doctores eius sunt. Idem enim hic designant per collum, quod superius per oculos uel per detes, sancti uidelicet predicatorum, qui ueluti

Math. 19: 8

Act. 2: 8

Gal. 6: 12

2. Timot. 1: 2

COMMENTARIA CASSIODORI IN

ti colla acceptos uerbi dei cibos nutriendo corpori transmittant, & uocē prædicationis diuinæ auditoribus proferunt. Vel etiā sancti doctores per collū signantur, quia sicut per collum caput & cetera membra corpori coniunguntur, ita sancti doctores quasi mediatores sunt inter Christum & reliquos quos instruunt sediles, & quasi Christum corporis suo, id est, ecclesię coniungunt. Hec aut̄ collum turri David comparatur. David, qui interpretatur manu fortis uel uisu desiderabilis, Christum significat. Et tota quidem ecclesia, ciuitas David, id est, magni regis Christi est, qui est manufortis, quoniam diabolum deuicit, iuxta quod Psalmista dicit, Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Est & uisu desiderabilis, quia (ut Apostolus dicit) in eum desiderant angelii prospicere. Turris austerem ciuitatis huius, illi sunt, qui uel scientia uel operationis perfectione cæteris præminent. Quæ ædificata est cum propugnaculis. Propugnacula sunt diuinarum scripturarum sacramenta, de quibus ueluti facula procedunt, quibus aduersariæ repelluntur potestates.

Psal. 23. [Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium] Mille clypei intelliguntur innumera defensionis diuinæ præsidia, quibus sancta uallatur & defendit ecclesia. Omnis armatura fortis, id est, omnis instrūctio uel sanctæ operationis uel diuinæ prædicationis. Et bene collū ecclesiæ, hoc est, predicatores & doctores turri David comparantur, quia semper quasi in bello sunt, pro defensione sanctæ ecclesiæ pugnantes. **Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli** Duo ubera ecclesiæ, eosdem significant sanctos doctores. Nec mirum quod una eademque res diuersis figuratur modis. Sancti enim doctores oculi sunt, quia uitæ uias quas ingredi debeant, subiectis demonstrat; dentes sunt, quia cibos diuinarum scripturarum molunt, & cōminuant ut mandi possint, scilicet a simplicibus, hoc est, intelligi, collum sunt, quia caput & membra, hoc est, Christum & ecclesiæ, coniungunt, ipsi ergo doctores sunt & ubera ecclesiæ, quia paruulos & simplices fideles, lacte uerbi dei nutriri, iuxta quod Apostolus simplicioribus loquens, dicit: Non potui uobis loqui tanq; spiritualibus, sed quasi carnalibus & paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Et bene non absolute ubera, sed cum additamento dicit, duo ubera, cum foemina neque plus neque minus habeat quam duo ubera, quia numeri sancti doctores paruulos ex utroque populo, Iudaico uiz delicit & gentili, lacte uerbi dei nutrunt. Nā & Paulus de seipso dicit, Qui operatus est Petro in apostulatu circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et apte duo ubera, sicut duo hinnuli gemelli capreæ esse dicuntur, qui uidelicet factus sunt & filij saluatoris nostri Iesu Christi, qui superius per capreas designatus est, haec enim animalia & acutissime uident, & nimia uelocitate altiora concendunt. Sic & sancti doctores quæ agēda sunt & ipsi uident, & alij monstrant, & desperationis terrenis ad superna ascēdere nituntur. **Qui pascuntur in lilijs** hoc est, delectant purissimis et nitidissimis sensibus scripturarum. **Donec aspiret dies** hoc est, dies illa æterna ueniat, quā desiderabat Psalmista, dicens: Melior est dies una in atrijs tuis super millia. **Et inclinētur umbra** hoc est, transeant moerores & perturbationes huius seculi. Donec aspiret dies, id est, oriat dies. Aspirabit enim dies, id est, orietur, quando uerus ille sol iustitia, id est, Christus apparebit, & tunc inclinabuntur umbras, hoc est, omnia nubila moeroris & tenebræ præsentis seculi pertransibunt. Sed & si ipsam literam uelimus aspicere, pulchre expressit ortū diei & noctis. Nā nox nihil est aliud nisi umbra terræ, quæ sole descendente sub terras, consurgit. Sole aut̄ iterum sup terras ascende, inclinatur umbras, id est, cedit nox. Pascuntur ergo in lilijs donec aspiret dies & inclinentur umbras, quia sanctorū doctorum in præsenti tantum uita necessaria est prædicatio & doctrina. Nā in alia uita postquam apparuerit æterna dies, & finita fuerit nox præsentis seculi, non necesse erit.

a. Cor. 3.2

Gal. 1.2 ratus est Petro in apostulatu circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et apte duo ubera, sicut duo hinnuli gemelli capreæ esse dicuntur, qui uidelicet factus sunt & filij saluatoris nostri Iesu Christi, qui superius per capreas designatus est, haec enim animalia & acutissime uident, & nimia uelocitate altiora concendunt. Sic & sancti doctores quæ agēda sunt & ipsi uident, & alij monstrant, & desperationis terrenis ad superna ascēdere nituntur. **Qui pascuntur in lilijs** hoc est, delectant purissimis et nitidissimis sensibus scripturarum. **Donec aspiret dies** hoc est, dies illa æterna ueniat, quā desiderabat Psalmista, dicens: Melior est dies una in atrijs tuis super millia. **Et inclinētur umbra** hoc est, transeant moerores & perturbationes huius seculi. Donec aspiret dies, id est, oriat dies. Aspirabit enim dies, id est, orietur, quando uerus ille sol iustitia, id est, Christus apparebit, & tunc inclinabuntur umbras, hoc est, omnia nubila moeroris & tenebræ præsentis seculi pertransibunt. Sed & si ipsam literam uelimus aspicere, pulchre expressit ortū diei & noctis. Nā nox nihil est aliud nisi umbra terræ, quæ sole descendente sub terras, consurgit. Sole aut̄ iterum sup terras ascende, inclinatur umbras, id est, cedit nox. Pascuntur ergo in lilijs donec aspiret dies & inclinentur umbras, quia sanctorū doctorum in præsenti tantum uita necessaria est prædicatio & doctrina. Nā in alia uita postquam apparuerit æterna dies, & finita fuerit nox præsentis seculi, non necesse erit.

Psal. 85.

erit doceri aliquem, quia omnes reuelata facie gloriam domini contemplabuntur.
 Vnde & dñs per prophetā Hieremīā dicit, Non ultra docebit uir fratre suum dī-
 tens, cognosce dominum, omnes enim cognoscent me a minimo usq; ad maxi-
 mum. ¶ Vadam ad montem myrrhē & ad collē thuris] In myrrha, carnis mor-
 tificatio, uel passionū pro Christo tolerantia: in thure uero, sanctarū orationum
 deuotio accipitur. Mons ergo myrrhæ & collis thuris, mentes sanctorum sunt,
 excelsæ per contemplationem. Promittit ergo sponsus se ad montē myrrhæ uen-
 turum, & ad collē thuris, quia illas mentes sua uisitatione uisitare dignat, quæ
 membra sua cum uitij & concupiscentijs mortificant, quæ etiam seipſas per san-
 ctarū orationum studia, gratum deo sacrificium faciunt. ¶ Tota pulchra es
 amica mea, & macula nō est in te] Vox sponsi ad amicā suam sponsam. Tota pul-
 chra es. Omni (inquit) ex parte nullam recipis maculam, nec prugam. Non enim
 soli doctores uel perfecti quicq; pulchri sunt ante oculos dei, qui summa scientia
 & contemplatione præminent, sed etiam simplices quique fideles, qui recta fide
 & bonis operibus exornantur, pulchri in oculis sponsi habentur. Nam ut Psal-
 mista dicit, benedixit omnibus qui uident dominū, pusillis cum maioribus. ideo
 dicit, Tota pulchra es, nō tantū una pars tua. Hoc ideo dicimus, nō q; alius in
 præsentī uita sine peccato esse possit, cum scriptum sit, Nemo est super terram si
 ne peccato, nec infans unius diei: sed ideo, quia fides pfecta & celeste desiderium
 omnem absterget maculam leuioris peccati. non enim de grauioribus nūc ratio
 est, quæ qui cōmittunt, iam sponsa Christi non sunt, nec ullam habēt particulam
 huius sanctæ pulchritudinis. Hinc est quod Ioannes dicit, Qui natus est ex deo,
 non peccat, subaudis peccato ad mortē, non quod leui peccato quis careat, sine
 quo uita ista non dicitur. Tota ergo pulchra est ecclesia, in quantum se castā &
 immunem ab omni peccato custodit. Si quando aut̄ leui peccato fuscat, cito poe-
 nitudine & fide recta ad celeste desideriū in ea prisca pulchritudo reparat. ¶ Ve-
 ni de Libano sponsa mea, ueni de Libano, ueni] Libanus mons est Phoenicis. In-
 terpretatur aut̄ ex Hebreo dealbatio uel cādiddatio, ex grēco aut̄ thus interpretat.
 Vnde & supra, ubi loquitur, Vadam ad montē myrrhæ & ad collē thuris, collis ha-
 betur Libani. Vocat ergo spōsus sponsam suā candidatā baptismate, dealbatam
 nitore omniū uirtutum, flagrantē studio sanctarū orationum. Vocat aut̄ eam ut
 ueniat, i. ut in uirtutibus proficiat. Nō solum uocat deus animā, quando eā a uin-
 culis carnis exutā ad cœlestia prēmia ducit, sed etiam per internā inspirationē ut
 in uirtutibus proficiat hortat. Quot em̄ in uirtutibus sancti proficiunt, quas itot
 passibus ad deū tendunt. Et tertio dicit Veni, q; uult eā pfectam esse in cogita-
 tione, locutiōe, & opere. Vel uocate eā primo, ut ad se ueniat per fidē: uocat secun-
 do, ut dignā cœlestium prēmiorū retributionem iam liberata a corpore accipiat:
 uocat tertio, ut in die generalis resurrectiōis iam resumpto corpore, dupliči sto-
 la perpetuo coronata gaudeat. ¶ Coronaberis de capite Amana, de uertice Sa-
 nīr, & Hermon, de cubilibus leonī, de montibus pardorū] Amana ipsum dīcunt
 esse montē Ciliciæ Amanū, qui & Taurus appellat. Sanīr uero & Hermon mō-
 tes sunt ludeæ, in quibus leones & pardī feruntur habitare, per hos aut̄ montes, se-
 culi potestates, reges uidelicet & prīncipes, intelligunt, qui ueluti montes in sup-
 bia extolluntur, & malignis spiritibus quasi leonibus & pardis cubilia præbent.
 Maligni em̄ spiritus leones uocantur, ppter superbī, pardī propter ferocitatē,
 uel etiam propter mille artes nocēdi, q; pardus uarium animal est. De his ergo
 montibus coronatur ecclesia, quando prīncipes seculi ad fidem Christi conuer-
 tuntur, & non solum propter suas uirtutes, sed etiam propter talium conuersa-
 tionem ad salutem remuneratur ecclesia. Potest & hoc in præsenti accipi. Nam

coronas

2. Cor. 3. d
Hiere. 31. f

Gal. 5. d

Psal. 113.

Ecclesi. 7. c

2. Paral. 6. f

3. Reg. 8. e

1. Joan. 3. b

COMMENTARIA CASSIODORI IN

coronatur ecclesia de uertice horum montium, quando subiectis principibus catholicæ fidei, ecclesia, quæ ante a premebatur, coronatur & gloriatur in Christo, sicut factum est tempore Constantini, quando illo conuerso mirabiliter glorificata est ecclesia. Coronatur & de cubilibus leonum, & montibus pardorum, quando superbos & quoque saeuos ac dolosos conuertit, & pro illorum quoque conuersione æterna præmia recipit. ¶ Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum] Sponsam & sororem suam, sancta dicit ecclesiam, quæ & sponsa est, quia eam sibi Christus incarnatus despontit, eamque emundatam sordibus peccatorum, dote spiritus sancti sibi coniunxit. Soror uero est, quia propter eam incarnatus. Frater eius fieri dignatus est, sicut resurges a mortuis dixit mulieribus: Ite, nuntiate fratribus meis. Cum ergo dicit uulneratum se cor habere, magnitudinem amoris expressit, quo sanctam suam diligit ecclesiam. Affirmat autem hoc iterans & inculcans, uulnerasti cor meum, ut tali iteratione quantum ecclesiam suam diligit, ostendat. Qua autem re uulneratus sit, subiungendo demonstrat. ¶ In uno oculorum tuorum, & in uno crine collitui] Per oculos ecclesiae, spirituales sensus uel doctores sanctos accipimus: Per crines uero multitudines subiectarum plebium, quibus sancta decoratur ecclesia. Et est sensus: Cum tota sis pulchra o ecclesia, & cum te ob multa diligas, præcipue tamen nitor spiritualium sensuum & doctorum tuorum sincerasitas me delectat, simplicitas etiam uite subiectarum plebium, quæ pie & fideliter uerbis doctorum obtemperat. Bene autem cum superius pluraliter dixit oculos & capillos, hic singulariter dicit in uno oculo & in uno crine, ut p[ro] hoc unitas sanctorum doctorum exprimatur. Unitas est enim coelestis doctrinæ, quæ subiectis impendit.

*Vnitas sanctorum
doctorum.*

Ephe. 4. b

Vnus enim dominus, ut Apostolus dicit, una fides, unum baptisma, nec non & una deuotio subiectorum fidei. Potest & hoc quod dicit, Vulnerasti cor meum, de passione Christi accipi. Vulnerasti cor meum, id est, tuo amore fecisti ut ego in cruce uulnerarer. Notandum uero quod dicit, In uno crine colli tui. Per collum enim diximus doctores significari, & crinis ecclesiae collo adhaeret, quo subiectæ plebes a sanctis doctoribus nutritiuntur, & eorum sanæ doctrinæ inhererent, ac secundum illorū præcepta uiuere satagunt. ¶ Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa] Per mammas superius eosdem doctores diximus figurari, qui & per oculos designantur. nam sancti doctores mammæ sunt, id est, simplici doctrina humiles nutritiuntur: oculi sunt, cum summa quæcunque & coelestia prædicant. Ait ergo, Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa, id est, quam pulchri sunt doctores tui, quoniam sermo illorum & eloquio præminet, & pondere sensuum pretiosus est. ¶ Pulchriora sunt ubera tua uino] Hic uersiculus iam superius expositus est, ubi dicitur, Meliora sunt ubera tua uino. Et hoc notandum, quod ecclesia superius ubera sponsi sui laudauit dicens, Meliora sunt ubera tua uino: nūc uero uicissim sponsus sponsæ suæ ubera extollit, ut per hoc unitas Christi & ecclesiae commendetur. Christus enim caput est, & ecclesia corpus eius, præcellit enim initium prædicationis euangelice legalem sententiā. ¶ Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata] Vnguenta ecclesiae, sunt doctrinæ coelestis charismata, uel etiā fama uirtutum, quod de ecclesia fragrat: aromata uero intelleguntur legales obseruationes. Super aromata ergo est odor unguentorum ecclesiae, quia dignitas & fama euangelicae perfectionis transcendit omnem laudem legalis obseruationis. ¶ Fauus distillans labia tua spōsa.] Fauus est mel in cera. Mel autem in cera, est spiritualis intelligentia in litera. Labia ergo ecclesiae fauus distillans uocantur, quia sancti doctores, qui per labia designantur, spirituallia documenta proferunt instruendis fidelibus, nec solum fauus, sed etiam distillans

Ians, uocatur ecclesiæ labia. Distillat enim fauus, cum mellis copia exuberans, ita non potest cereis capsulis contineri. Recte ergo diuina scriptura fauus distillans uocatur, quia multipliciter intelligitur, & uarijs sensibus exponitur, nunc iuxta literam, nunc iuxta allegoriam, nunc iuxta moralitatem, nunc iuxta anagogem, i.e. superiorem sensum. **C** [Mel & lac sub lingua tua] Lac parvulus conuenit, ideoque per lac designatur simplex doctrinæ, qua initium creditur, coelestem & spiritualem doctrinam significat, quæ perfectis & instructis conuenit. Sub lingua ergo ecclesiæ mel & lac est, quia aliquando coelestia mysteria perfectis, aliquando rudibus plana & simplicitia annuntiat. **E**t odor uestimentorum tuorum sicut odor thuri. **V**estimenta ecclesiæ sunt bonorum operum ornamenta, iuxta quod Ioannes in Apocalypsi dicit, Bissimum enim iustificationes sanctorum sunt. & in lob dicitur, Iustitia induit sum, & indu me sicut ornamento & diademate iudicio meo. Thure autem diximus sanctorum orationum munditiam designari. Vestimenta ergo ecclesiæ, thuri comparantur, quia omnia opera ecclesiæ quasi orationes sunt. In cunctis enim quæ agit, semper dominum deprecatur, & tali modo impletur illud quod dominus dicit, Oportet semper orare. Nec semper ante dominum hoc aliter impleri potest, nisi tota nostra uita & conuersatio talis sit, ut in conspectu dei oratio deputetur. Thus arbor est Arabæ, cortice & folio lauro similis, succum amygdala modo emitteris, qui bis in anno colligitur: in autumno, & uero: In autumnali collectione præparantur arbores, incisis corticibus flagrantissimo æstatis ardore, ac sic prösidente spuma pingui, quæ concreta densatur, ubi natura loci poscat, tegete palmea excipiente. Quod in arbore hæsit, ferro depesatur, ideoque uidetur corticem esse purissimum. i.e. candidum thus. Secunda uindemia est uero, ad eam hyeme incisis corticib. rubru hoc exit, nec comparandum priori. Credit & nouellæ arboris cædidiisse, sed ueteris odoratus. Qd ex eo rotunditate guttae pepedit, masculum uocamus: gutta cōcussu ensam, mannam uocamus. **H**ortus cōclusus soror mea spōsa, hortus cōclusus, fons signatus] Soror & sponsam suā ecclesiæ dicit, quæ ex ancilla sororē sibi esse constituit, & dote spūs sc̄i pignera tā sibi sponsam effecit. Hæc ergo ecclesia hortus est, qd spiritualium virtutum germina profert, quæ in consequentibus aromatum uocabulis designantur. Conclusus uero hortus est iste, quia sancta ecclesia redemptoris domini sui adiutorio munita est, & præsidio angelicarum virtutum uallata, nullis malignis spiritu patet insidijs. Hæc ipsa ecclesia est fons signatus. fons ideo, qd doctrinæ coelestis fluentis manat, quibus omnes in Christo credentes a peccatis lauat, & ueritatis scientia potat. Signatus uero fons est iste, quia sermo fidei euangelicæ ueritatis signaculo munitus est, ita ut neque haeretici, neque maligni spiritus sis dem catholicam uiolare aut irrumperem ualeant. Hic hortus, uel hic fons (i.e. ecclesia) primū in parvo Iudeæ locello plantatus uel exortus est, deinde per uniuersum mundum disseminata prædicatione, areolas suas uel riuulos suos emisit, unde sequitur. **E**missiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus] Emissiones ecclesiæ (ut dictum est) incrementa sunt fidei & disseminatio prædicatiōis. Qui emissiones paradisus sunt. Paradisus græce, hortus latine dicit, qd illa primitiva ecclesia, qd in Iudea quasi hortus fuit, per uniuersum mundum multos hortos, i.e. ecclesias emisit. Mala autem punica, quæ rubicundum habent corticem, eos significant, qui nō solum generali baptismo sanctificatis sunt, uero etiā qui proprio sanguine in passione baptizati, martyres effecti sunt. Fructus uero pomorum, opera significant virtutem, siue eos qui ipsas uirtutes opere exercent. Emissiones ergo ecclesiæ, paradisus malorum punicorum fuerūt: qd pris-

Apoc. 19. b
Iob. 29. c

Luc. 18. a

COMMENTARIA CASSIODORI IN

mum locum in ecclesia post Apostolos martyres obtinuerunt, qui ipsam dominii
 passionem patiendo imitari studuerunt, quamvis generaliter omnis multitudo
 paradis malorum punicorum possit accipi, qui mala punica sunt, quia passio-
 nem sui redemptoris semper in memoria retinet. Et sicut malum punicum intra
 unum corticem multitudinem continet granorum, ita in ecclesia multitudo si-
 Rom. 6.a delium intra fidem dominice passionis continetur. Hinc Apostolus dicit, Quot-
 Gai. 3.d quot baptizati estis in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati estis. ¶ Cypri cuni-
 nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum uniuersis lignis Libani] Cy-
 prus arbor est aromatica, semine simile coriandri habens, i.e. album & sublucidum,
 Exod. 16.g quod oleo coquitur, & inde exprimitur quod cyprus vocatur, unde regium un-
 guatum paratur. Legimus in Exodo, q[uod] manna erat quasi semen album coriandri.
 Cyprus ergo & manna unam habent significationem. Significant enim gratiam co-
 lestem, tanq[ue] manna de cœlestibus ueniētem. Cyprus ergo in horto ecclesiæ na-
 scitur, cum fideles quique docentur gratiam cœlestem omnibus preferre, & per
 illam salutem sperare. Nemo enim suis uirtutibus, sed sola gratia dei saluari po-
 test. Nardus typus est dominice passionis. Vnde & Maria Magdalena nardopis-
 tifica caput & pedes Iesu unxit. Nardus ergo in horto ecclesiæ est, cum sancti qui-
 Math. 26.a que memoriam dominice passionis uenerantur, eique gratias agunt, quod inten-
 Mare. 14.a tum eos dilexerit, ut pro eorum salute & liberatione mortem susciperet. Nardus
 Lucre. 7.f & crocus. Crocus aurosi coloris habet florē, ideoque significat charitatem. Si-
 Ioan. 12.a cut enim aurum inter omnia metalla pretiosius est, ita charitas inter omnes uirtu-
 tes primatum tenet, dicente Apostolo, Nunc autem manent fides, spes, charitas,
 2. Cor. 12.d maior autem his est charitas. Cum nardo ergo crocus in horto ecclesiæ nascitur,
 cum membra Christi, hoc est, fideles quique charitatem dei & proximi efficaci-
 ter tenere student. Crocus autem fertur ignitas febres refrigerare, sic uera chari-
 tas ardorem concupiscentiae secularis & carnalis refrigerat, & dilectionem dei
 & proximi in mente accendit. Fistula & cinnamomum. Fistula, breuis est arbu-
 scula, que et casia vocatur, cortex purpureo, significat sanctos in ecclesia humili-
 Math. 5.a tate & patientia præcipuos, pauperes uidelicet spiritu, quorum est regnum cœlorum.
 Purpureus autem cortex, significat similitudinem passionis Christi, quam humili-
 les spiritu semper in corde retinent, uel quam illi qui in uera humilitate fundan-
 tur, in corde semper retinentes imitari satagunt. Cinnamomum & ipsa breuis est
 arbuscula, sed mirae uirtutis & odoris, ideoque profectum designat humilitatis,
 que & per fistulam designatur. Fistula ergo & cinnamomum in ecclesia sunt, cu[m]
 sancti dei humilitatem & patientiam & in corde ueraciter tenent, & foris alijs ostendunt. Quod autem fistula rubicundum habet cortex, cinnamomum uero cine-
 riceum habet colorem, significat q[uod] sancti dei quanto plus sunt memores passio-
 nis redemptoris sui, tanto in oculis suis uiliores et despectiores sunt, dicentes
 Gen. 18.d cum Abraham, Loquar ad dominum meum, quatuor sim cinis & puluis: Et cum
 Iob. 42.a Iob, Idecirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Cum uni-
 uer. lignis Libani. Ligna Libani pulchritudine & perceritate ac robore preminet,
 ideoq[ue] significat doctores & prefectos q[uod]scq[ue] in ecclesia, de quibus superius domus ec-
 cleſiae legi facta, dicente eadē ecclia, Tigna domo[n]strare cedrina, laq[ua]ria nrā cy-
 p̄sina, q[uod] uidelicet sancti doctores p[ro]dicatio[n]e sua eccliam muniūt. Cu[m] fistula ergo &
 cinnamomo uniuersa ligna Libani in horto ecclie memorant, q[uod] siue h[ab]iles & pa-
 tiētes, siue prefecti q[uod]doctores, eandē fidē habēt in ecclia, et eandē b[ea]titudinē expe-
 ctant. ¶ Myrrha & aloë cu[m] oib[us] primis unguentis] Myrrha arbor est, cuius sue
 us stacte d[omi]ni, tantę[t]utis, ut q[uod]eo tactū fuerit, ab oī putredine et uermibus ser-
 ueſ illeſum, Aloë arbor est suauissimi odoris, adeo ut uice thymiamatis altaribus
 adoleatus

adoleatur. Habet uero succū amarissimum, resistentē putredini et ymibus. Hinc
 & in passione domini Nicodemus detulisse dicitur mixturam myrrhæ & aloes
 quasi libras centū. Per has ergo arbores designatur carnis cōtinentia & castimo
 nia. Nam putredo luxuriā solet designare, iuxta quod propheta de quibusdam
 dicit, Computruerūt iumēta in stercore suo. In hortō ergo ecclesiæ sunt myrrhæ
 & aloe, hoc est, mentes cœlestis & omnis corruptionis immunes, audientes ab
 Apostolo, Pacem sectamini cum omnibus & castimoniam, sine qua nemo vide
 bit deum. Cum omnibus pri. unguentis, Prima unguenta qd melius q̄ charitas
 intelligūtur: de qua Apostolus dicit, Adhuc excellentiorē uā uobis demōstro.
 ac deinde, Silinguis (inquit) hominū loquar & angelor̄, charitatē autem nō ha
 beam, nihil mihi prodest. Post mirrhā autem & aloen bene prima unguenta po
 nuntur, q̄a post carnis continentia succedit uera charitas, q̄ deus est, qua deus sit
 per omnia diligitur. Neque enim illi qui mundana dilectione tenentur, hoc est,
 qui uoluptatibus & illecebris adhuc delectant, huius charitatis participes esse
 possunt. ¶ Fons hortor̄, puteus aquar̄ uiuentium, quē fluunt impetu de Liba
 no] Fons hortor̄ ipsa est primītua ecclesia, q̄ ueritatis scientia hortos, i.ecclesiā
 per uniuersum mundum disseminatas irrigat. ipsa est & puteus aquarum uiuen
 tium, q̄a scientia ueritatis, quæ est ecclesia, in quibusdam quasi fons est ubi pater,
 in quibusdam quasi puteus ubi latet, & ad liquidum percipi non potest. Nam
 inter fontem & puteum hoc distat, quod fons & in imo & in superficie terræ dis
 citur esse, puteus uero semper est in imo. Ecclesia ergo fons est & puteus, quia
 mysteria dei in quibusdam ueluti fons facile capiuntur, in quibusdam uero cum
 difficultate tanquā aquæ puteo extrahuntur. Aquæ uiuentes, ipsa mysteria desi
 gnant scripturarum, quæ in se cœlestem habent uirtutem. At cōtra, cisternæ uo
 cantur, id est, collectiones aquarum documenta hæreticorum, de quibus domi
 nus per prophetam, Me dereliquerunt fontem aquæ uiue, & foderunt sibi cister
 nas, cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Hę fluentes aquæ, flu
 unt impetu de Libano, hoc est, manant de ecclesia, que albata est & candidata ba
 ptismate & bonis operibus, quod Libanus interpretat. De hoc Libano (hoc est,
 de ecclesia) fluunt (hoc est, emanant) aquæ doctrinarum cœlestium, & hoc cū im
 petu. i.cum quadā uirtute, qua omnia hæreticorum figura destruant & sub
 uertantur. Hinc & Psalmista, Fluminis impetus lātif. cat ciuitatē dei. i.uirtus dī
 uinorum eloquor̄. ¶ Surge aquilo & ueni auster, perfla hortū meum & fluat
 atomata illius] Enumeratis ecclesiæ uirtutibus sub nomine arōmatū, sciēs domi
 nus, qui est sponsus & redemptor ecclesie, ipsam ecclesiam persecutionibus esse
 multiplicandā, subsequent ipsam qdāmodo iubet uenire psecutionem, non p̄ci
 piendo, sed p̄mittendo. Surge (inquit) aquilo & ueni auster. Per aquilonē & austr̄,
 flatus psecutionum & perturbationū intelligunt contra ecclesiā sequentiū. Aqlo
 qdem frigidissimus uetus est, auster calidus. Et ideo per aglonem terrores et m̄
 ne designant, per austr̄ blandimentorū decipule. Quibus duobus modis proba
 tur ecclesia, terroribus uidelicet & blandimētis. Quod autem dicit, Surge aqui
 lo & ueni auster, non imperat malis, nec cogit eos ad mala facienda, sed permittit,
 & facultat illis dat, ut possint sauire contra ecclesiam, quatenus per illorum ma
 litiam ecclesia p̄betur, & illi grauius puniant. nouit em̄ dominus malis hominū
 bona quedā facere, sed ipsam psecutionē in potestate sua habet, ut nō tantū sequi
 ant, quantū uolunt. Vnde scriptū est. Qui facit uentis pondus: quia uidelicet fla
 tibus psecutionum modum imponit quendam, iuxta qd Apostolus dicit, Faciet
 cum tentatione etiam prouentum ut possitis sustinere. Perfla (inquit) hortū me
 um, hoc est, ecclesiam meā, & fluant aromata illius, hoc est, fragrantia uirtutū, &
Iob. 28. d
1. Cor. 10. c

COMMENTARIA CASSIODORI IN

odor bonorum operum ex illa procedat. Quo enim acerbius ecclesia cōcutitur, eo maiorem uirtutum odore ex se emittit.

Caput V.

Veniat dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum.] Audiens ecclesia p̄secutionem vocari, tanq̄ se preparans contra aduersa, dicit: Veniat dilectus meus in hortum suum, hoc est, Christus sp̄sus meus ueniat, quē toto corde diligo, ad ecclesiam suā, ut comedat fructum pomorum suorum, hoc est, delectetur atq̄ pasca bonis operibus fidelium suorum. Nā cibus domini, bona nostra opera sunt, sicut ipse fidem Sa-

Ioan.4.d maritanorm uel gentium intuens, dixit discipulis suis, Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. ¶ Veni in hortum meum soror mea sponsa] Desideranti ecclesiæ ut ad se ueniat sponsus, respondet se iam hoc fecisse. Ego (inquit) iam ueni, nam, ueni, hic non est imperantis sed præteriti temporis indicatiuum. O soror mea sponsa, iam ueni in hortum meū, iam uisitaui ecclesiam meam, sed & quotidie uisito, & uirtutum illius pascor, atque odore fruor. Venio ad eam, ut errantes corrīgam, infirmantes roborem, dubios confirmem, & perfectos quosque præm̄is cœlestibus donem. ¶ Messui myrrham meam cum aromatibus meis.] Per myrrham designantur illi, qui martyrio uitam finierunt, uel etiā carnem suam cum uitij & concupiscentijs crucifixerunt. Aromata vero sunt opera sanctarum uirtutum, bona operationis odoribus fragrantia. Metit ergo dominus myrrham cum aromatibus suis, quando sanctos martyres, uel reliquos electos bonis operibus insignes, ab hac uita falce mortis præcidit, atque ad maturitatem bonorum operum perductos, in horrea supernæ patriæ recondit. ¶ Comedi fauum meū cum melle meo, bibi uitium cum lacte meo] Per fauū & uinum, sancti prædicatores figurantur: per mel uero & lac, boni auditores. Fauis enim sunt prædicatores, qui arcana & intima scripturar̄ mysteria quasi mella de fauis producunt, cū ea prædicando alijs manifestant. Mel uero boni auditores sunt, quia dulcedine uerb̄ dei attente suscipere, eaq̄ delectabiliter pasci student. Vinum sunt ipsi prædicatores, qui & fauus, quia fortia sacramenta scripturar̄ annuntiant. Lac uero sunt infirmi quicq; auditores, quisbus aperta mysteria quasi lac cōueniunt. Cum ergo horū omnium uita diuersis studijs agatur, & horū omnium bona intentione redemptor pascitur & delectatur, & sic quasi fauum cum melle comedit, & uinum cum lacte bibit. Possumus hoc etiā ad mortem electorū referre, quos dominus comedit, cum ad æternam uitam per mortē uocat, & corporis suo (hoc est, societati electorū in illa iā cœlesti felicitate letantiū) cōiungit. Quod si hoc de morte sanctorū accipimus, debemus in uino eos accipere, quorū animæ iam cœlesti felicitate gloriant: in fauo uero eos, qui iam corpore & anima in illa beatitudine gaudēt, quales sunt illi q̄ cum domino surrexerunt. ¶ Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi] Nō solum dominus profectu sanctorū gaudet, uerum etiā nos hortatur, ut illorū uirtutibus gaudeamus, & illos imitemur. Comedite (inquiens) amici, hoc est, fideles mei, qui amici mei estis faciendo quæ iubeo: charissimi mei estis, pfecta me animi charitate diligendo. Comedite ergo, inquit, & bibite. i. sanctorū bonis actibus cōgaudete, & illos uobis ad imitandum proponite. Notandum uero qd dicit, Bibite & inebriamini. Ebrietas aliquādo in scripturis pro saturitate ponitur, sicut de fratribus Ioseph dictum est, Biberunt & itebriati sunt coram eo. & Psalmista, Visitaſtiteram, & inebriasti eam. i. satiaſti & repleſti. Hortatur ergo nos, ut nō solum comedamus & bibamus, uerum etiā saturemur: quia sunt quidam qui comedunt, & non saturantur, quia uidelicet delectabiliter prædicationem diuinam audiūt, sed negligenter obliuiscuntur, nec ad effectum boni operis quod audierint perducunt.

Gal.5.d

Math.27.f

Gen.43.g

Psal.64.

Psal. 21.

Luc. 15. a

Luc. 11. c

Rom. 8. c

Math. 24. b

Math. 24. b

terrena

ducunt. Comedunt autem & saturantur, qui uerba uita quæ audiunt, in inter-
nis sensibus recondunt, & opere implere satagunt. de quibus Psalmista dicit,
Edent pauperes & saturabuntur. Si uero (ut superius dictum est) de morte san-
ctorum hoc acceperimus, amici & charissimi ipsi sunt angelici spiritus, quos iu-
bet dominus congratulari electis suis, cum ab hac uita ad æternæ beatitudinis re-
quiem transferuntur, iuxta quod in euangelica parola legitur, Congratula-
mini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. ¶ Ego dormio, & cor meum
vigilat.] Vox ecclesiae, Ego dormio, quia aliquantula pace largiente sponso meo
reiquesco, nec tales patior pressuras, quales primitua ecclesia, & ideo cor meum
vigilat, quia securius concessa mihi pace amoris sponsi mei inhæreo, & ad illum
oculos cordis mei intendo. Sed quia hoc tempus non est requiei, sed potius la-
boris & certaminis, rursus sponsus ecclesiam ad labores excitat, & ad prædica-
tionis certamen hortatur. ¶ Vox dilecti mei pulsantis] Pulsat dilectus, cū Chri-
stus fideles suos ad profectum uirtutum hortatur: Siue pulsat, cum eos ut proxi-
mos predicando lucent admonet. Est & tertia pulsatio, qua pulsat electos suos
dñs, cū per egritudinis molestiā esse mortem uicinā designat. De qua pulsatio-
ne in euangelio dicitur, ut cum uenerit & pulsauerit, cōfestim apiant ei. Sed hoc
loco pulsare dicitur, hoc est, ecclesiam ad opus prædicationis instigare. ¶ Aperi
mihi soror mea, amica mea, columbamea, immaculata mea.] Aperi mihi soror
mea. Soror, q̄a cohēres es regni mei facta: amica mea, q̄a de iugo seruitutis libera-
ta arcana ueritatis meę cognouisti: columba mea, q̄a sp̄ritus mei dote es sanctifi-
cata: immaculata mea, q̄a effusio mei sanguinis ab omni peccatorum macula pur-
gata es. Aperi mihi, hoc est, de quiete & otio dulcedinis & contemplationis egre-
dere ad opus prædicationis. ¶ Quia caput meum plenum est rōre, & cincin-
ni mei guttis noctium] Caput ecclesiae (ut Apostolus dicit) Christus est, cincin-
ni uero sunt int̄imæ cogitationes sanctorum, quæ non laxe & dissolute fluunt,
sed uinculo timoris & amoris dei colligantur. Ros uero & guttae noctium hoc
locu tenebrosas & infidelitate plenas, frigidasque mentes designant. Caput er-
gosponsi plenum est rōre, cum seculares quicq; a charitate dei torpescunt, & ita-
xta quod dominus dicit, abundante peccato refrigerescit charitas. Et cum tales,
sanctos dei cœlestia meditantes psequuntur & odijunt, quasi cincinni sponsi ple-
ni sunt guttis noctiū. Cū ergo tales multiplicant, & grauant ecclesiam, iūc spon-
sus admonet sponsam suam, ut surgat & operi prædicationis insistat. ¶ Expolia
ui me tunica mea, quomodo induar illa:] Prouocata ecclesia a sponso suo ad offi-
cium prædicationis, respondet, Expoliaui me tunica mea, quomodo induat il-
la: Exui me curis & occupationibus huius seculi, sine quibus officium prædica-
tiōis aut uix aut nullatenus agitur, & quomodo fieri potest, ut iterum ad ea quæ
deserui reuertaris? Nam quise ad officiū prædicationis adaptat suscipiendū, debet
quocq; temporalia subditis prouidere, q̄ sine magna sollicitudine agi nō possunt.
Quod aut tunica sollicitudines, & curas seculi significet, dñs ostēdit in euāgelio,
Et q̄ in tecto est, non descendat tollere tunicam suā. Quod est apte dicere, Qui iti
sublimi cōtemplationis arce cōsistit, nō descendat ut tollat tunicā suam, i. nō de-
scēdat tollere curas seculi, hoc est, ne iterū occupationib⁹ seculi impliceat. Timet
ergo ecclesia uel aīa quęc̄ sancta, hactunica exui, et in cōtemplatione sui cōdito-
ris regescens, iterū reindui & secularibus negotijs occupari. ¶ Lauí pedes meos,
quomodo inquinabo illos:] Lauí pedes meos, hoc est, actiones quibus nun-
quam puluerem tangere, hoc est, terrena agere consueueram, dignis pœnitē-
tiæ fletibus ablui, adeo ut nihil nunc nisi diuina me libeat cogitare. Quomodo
inquinabo illos: id est, quomodo fieri potest, ut iterum ad cogitanda caduca &

COMMENTARIA CASSIODORI IN

terrena redeam, quæ nunc in occupato & libero corde, diuinofruor contutus
 ¶ Dilectus meus misit manum suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius.] Dilectus manum per foramen mittit, & uentre tangit, cum interna conditor inspiratione cor uisitat, & ad profectum virtutum accendit, seu etiam cum nos ad memoriam operū suorum reuocat, ut cogitemus quia cum deus esset, pro nobis homo fieri dignatus est, ut terrena nostra suscipiēt, cœlestes nos faceret, & moriendo pro nobis, uitam æternā nobis donaret. Quod cū sit, uenter intremit, quia cum talia cogitare incipimus, cordis nostri arcana se concutiunt, dum stupere incipimus, quanta dignatione hæc conditor pro nobis agere dignatus est. Nam quod uenter cor significet, ostendit propheta, dicens: Ventrem meū, uentrem meum doleo. Quod quid esset ostendit, dicens: Sensus cordis mei diffisi patiuntur. ¶ Surrexi ut aperi rem dilecto meo] Aperimus dilecto nō solum cum aduentum eius suscipimus, uero etiam cum alijs prædicamus, & eos qui per malitiam pectus clauerat, nostra prædicatione conuersos, facimus ut ipsi quoq; ianuam cordis Christo aperiant. Bene autem primo dicitur, Surrexi: deinde, Ut aperi rem dilecto. Qui enim prædicando aliorū corda Christo uult aperire, prius debet surgere, hoc est, ad studium bonorum operum erigi, & opere implere qd prædicat, ne forte alijs prædicās, ipse reprobus efficiatur, hinc & Lucas de domino dicit, Quæ cœpit Iesus facere & docere, Prius dicit Facere, deinde Docere.

¶ Manus meæ distillauerūt myrrham, & digitæ mei pleni myrrha probatissima] Per manus quibus operamur, ipsa operatio designatur; per digitos uero discrecio operationis, quia in nullo membro tantæ sunt distinctiones articulorum, quæ in digitis. Manus ecclesiæ myrrham stillant, cum prædicatores eius continen
 .1. Cor. 9. d tiae & mortificationi carnis suæ operam dant, dicentes cum Apostolo, Castigo
 .2. Ioan. 3. c corpus meū, & in seruitute redigo. Siue cum pro Christo mori parati sunt, sicut
 Math. 6. a Iohannes dicit, Si Christus pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas posse. Digitæ uero sunt pleni myrrha probatissima, cū ipsum opus mortificationis subtiliter discernimus, utrum pro intuitu signæ mercedis fiat, an pro laudibus seculi. Qui enim pro humanis favoribus ieunat, uel abstinentia siue continentia operibus insistit, in manibus quidem myrrham habet, sed in digitis non habet, quia non discernit quare hoc faciat. De qualibus domi
 Eccles. 7. c nus dicit, Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Siue manus sponsæ distillant myrrham, cum operibus sanctæ ecclesiæ, castimoniae uel sanctæ continenter se ipsos aptant. ¶ Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat atq; transierat.] Pessulum ostij aperit, cum ecclesia uel fidelis quæq; anima cor aduenienti conditori pandit. At ille declinauerat atq; transierat. Plerūq; enim cū spiritualia quæq; tractare uolumus, quanto subtilius intendimus, tanto acies cordis reuerberatur. Vnde Salomon dicit: Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius
 Psal. 63. recessit a me. Psalmista quoq; dicit, Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Quanto enim quisq; magis ad contemplationē diuinam purificatione carnis cor sustollit, tanto altius qd quærebat esse inuenit. Dicit ergo, Ille declinauerat atq; transierat, quia nemo eum in presenti uita sicuti est comprehendere potest. ¶ Animæ meæ liquefacta est ut dilectus locutus est] Quāto (inquit) uicinius aduentum sponsi mei persensi ad tactū secretæ inspiratiōis, tanto magis qd quid in me erat frigidum, incaluit, ita ut nihil iam libeat nisi in lachrymas resolui. Logatur enim spōsus, cum interna sui inspiratiōe Christus sanctam animam inspirat, eiq; cœlesti desideriū suggerit, & ita eo loquente liquefit, quia quo magis cœlestibus afflatur desiderijs, eo amplius terrenis emorit, & quasi insensibilis mūdo efficitur, solumq; cœlesti desideriū uiuit. Hoc est quod etiam per prophetam dicitur

Hiere. 4. c

Ibidem

Act. 1.2

.1. Cor. 9. d
.2. Ioan. 3. c

Math. 6. a

Eccles. 7. c

Psal. 63.

Elai. 24. c

citur. Quis cæcus nisi seruus meus? Quis surdus, nisi ad quem nuntios meos mis-
sic? Quiesciui, & non inueni illū. Vocauī, & non respondit mihi.] Ingeminat iterum
causam doloris sui. Omnibus quidem se pie querentibus adest dominus semp,
se inuocantibus respondet, id est, ad salutem exaudit, sed plerumq; fidelem ani-
mam se desideratē, & ad se uenire cupientem non exaudit, ad hoc ut ita se ei in
præsentī ostendat, sicut se in futurū ostensurum promittit, uel etiam non respon-
det, id est, non exaudit, ad hoc ut libito suo sanctus quisq; uinculis corporis exua-
tur, & liber amplexibus sponsi sui demulceatur. Nam quando Apostolus dice-
bat, Cupio dissolui & esse cum Christo, quasi quærebat inhærere sposo suo, &
uocabat illum desiderio mentis, sed tamen non respondebat illi, quia non statim
de corpore eum liberabat, sed ad huc laboribus exerceri, & utilitatibus ecclesiæ
insudare permittebat. ¶ Intenerunt me custodes qui circumueunt ciuitatē, per-
cusserunt me, & uulnerauerunt me] Vigiles qui custodiunt ciuitatē, sancti sunt
doctores, qui ciuitatem dei (id est, ecclesiam) circumueunt, per uigilem eius curam
agentes, quo illam & ab aduersariis tueantur, & uerbo suo uel exemplo ad coele-
stia desideria aecendant. Inueniunt ergo sponsam dilectum querentem, cū sancti
doctores animam coelestibus desideriis intentam & præsentes uerbo, uel ab-
sentes sacris scripturis suis instituant & informant. Percusserunt, inquit, & uil-
nerauerunt me. Verbū dei gladius est, dicente Apostolo, Viuuus est sermo dei & Heb. 4.c
efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiūt, & ptingens usq; ad diuisionem aie-
ac spiritus. Hoc gladio sponsa percutit & uulnerat, quādō p̄dicatoris sermo de
deo loqtur, & auditores ueluti q̄dam spiculo compunctionis & amoris trans-
fodit. ¶ Tulerunt pallium meum mihi.] Hoc hic pallium, quod superius tunica
intelligitur, ubi dicitur, Expoliaui me tunica mea, tegmine uidelicet secularium
desideriorum, quod custodes auferūt; quia quicquid de amore presentis seculi
in mente alicuius remanserit, totū sancti doctores auferunt, & eam solummodo
sponsum suū Christū diligere faciūt. H̄ tales possunt dicere cū Apostolo, Mihi
mūdus crucifixus est, & ego mūdo. ¶ Custodes mūrorū] Mūri ciuitatis sunt san-
cti doctores ecclesiæ. Custodes autē mūrorū illi sunt, qui etiā eos instruunt, q; alijs
quoq; p̄esse possunt, qualis erat Paulus, q; Timotheū, & Tītum, mūros utiq; hu-
sus ciuitatis, instruebat, & custodiebat, hoc est, exhortabat ad p̄fectionem boni
operis. ¶ Adiuro uos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectū meū, ut nuntietis
ei q; amore langueo] Filiae Hierusalē sunt animæ fideles, quæ uel adhuc in p̄-
senti peregrinant, uel etiā Christo fruunt, uel q; quandoq; facie ad faciē coni-
plature sunt Christū. Vel filiae Hierusalem sunt ciues illius supnē ciuitatis in qua
est summa pax & felicitas diuinæ contēplationis. Sed hoc loco filias Hierusalē,
alias debemus accipere deum desiderantes, sed adhuc in hac peregrinatione uer-
santes. Adiuratergo sponsa filias Hierusalem, ut nuntiet sponso quia amore lan-
guet, cū anima fidelis, fideles alios deū desiderantes adiurat, ut Christo insinuet,
eiq; nuntient suo illam amore teneri. Bene autē se amore languere dicit. Quanto
enim magis superna desiderare cœperit, tanto erga ea quæ mundi sunt, langue-
scit. Nec mihi si tales languere dicunt, cum Apostolus eos mortuos dicat, Mor. Coll. 3.a
tui (inquiens) estis, & uita uestra abscondita est cum Christo. Ita ergo adiuranti
sponsa respondet filiae Hierusalem. ¶ Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pul-
cherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?] Hoc tunc fit, quando quis fidelis fratrem fidelem alloquitur, & inuicem sibi cœ-
lestium desideriorū uerba suggerunt, qbus se ad supernorū amorem accendent.
Indica mihi, inquit, iam desideranti, iam ad uisionē conditoris mei peruenire cu-
pienti, qualis est dilectus tuus, hoc est, qualis Christus amari debeat, iam dudum

t (inquit)

COMMENTARIA CASSIODORI IN

(inquit) illum timere coepi, sed iam charitate timore expellente, opto audire uerba, quibus ad amorem illius accendar. Tu ergo quæ illum iam amore queris, eiusq; amore langues, dic mihi qualis est dilectus tuus ex dilecto. Dilectus ex dilecto, filius est ex patre, sicut est deus de deo, lumen de lumine. Vel etiam dilectus tuus ex dilecto, Christus est ex ea parte, qua diligendus est, non ex ea qua timendus. Nam timere magis imperfectorum est, quos timor a peccatis reuocat, amare uero perfectorum. Iam ergo interrogat qualis sit dilectus ex dilecto. i. qualis Christus amari debeat, uel qualis sit erga illos, qui illum tantum amare nouerunt. [Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus] Vox respondentis ecclesiæ, Dilectus meus candidus & rubicundus. Candidus uirginitate, rubicundus passione. Candidus, quia sine peccato, nam sine peccato est cōuersatus. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Rubicundus, quia lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Electus ex millibus. Singulariter em gratia homo Christus in omni humani generis massa resulxit, quia per illum proposuit deus saluare genus humanum, & ipse est mediator dei et hominum, homo Iesus Christus, de quo Psalmista, Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, & Salomon, Virum de mille unum reperi. i. Christum. & ipse in Psalmo, Singulariter sum ego donec transēam. Electus ergo ex millibus, quia ex omni multitudine sanctorum solus dignus fuit audire. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. [Caput eius aurum optimum] Caput sponsi deus est, iuxta quod Apostolus dicit, Caput Christi deus, Quod auro optimo comparatur, q; a sicut aurum omnibus metallis pretiosius est, ita deus omnipotens a se factis bonis p; cellit & supereminet, unde dominus, Nemo bonus nisi solus deus. Caput ergo sponsi aurum optimum est, q; dei bonitas est ineffabilis omnium rerum bonitatem transcendens, q; nihil bonum, nisi participatio huius summum boni. [Come eius sicut elatae palmarum] Come sponsi sunt multitudines fidelium, per fidem & dilectionem deo adherentes, que elatis palmarum comparantur. Elatae palmarum, sunt ramis productiores & excellentiores, interdum aureosi coloris, crispantes, & semper ad excelsa tendentes, & nunc uirore suum amittentes. Tales ergo dicit comas sponsi sui ecclesia, crispas uidelicet & rutilas. Nonnulli dicunt elatas palmarum speciem arboris esse aromaticæ, quam latine abietem siue spatas uocant. Nam Græce abies ελάτη dicitur. Est autem species hæc apta conficiendis unguentis. Abietem uero hic non magnam illam arboris, quæ est nauigis & domibus apta, sed (ut diximus) speciem aromaticæ arboris debemus accipere. Hæc iuxta literam de elatis palmarum. Comæ ergo sponsi elatis palmarum comparantur, q; a fidelium multitudines & uirore fidei gaudent, & ad æterna desideranda extolluntur, atque dulcedinem supernæ suavitatis degustant, quæ quanto magis percipiunt, tanto magis in oculis suis peccatores sibi & contemptibiles esse uidentur, vnde seguntur. [Nigræ quasi coruus] Comæ enim sponsi nigrae sunt quasi coruus, q; a fidelium multitudines sue fragilitatis sibi conscientiae sunt, & nihil se bonum ex se habere nouerunt. vel etiam elatae palmarum sunt in spe & uictoria: nigræ uero q; s; coruus, quasi despici & contemptibiles sunt pressuris huius seculi. Elatae palmarum sunt sancti, q; a per gratiam dei ad coelestis uictoriae palmam tendunt; nigræ uero quasi coruus, q; a per se infirmos & peccatores se esse cognoscunt. Possunt etiam come sponsi angelicas uirtutes accipi, quæ deo specialiter inherent, sicut comæ capiti, eumque a uicino contemplant. Que bene elatis palmarum comparantur, q; a nunquam a status sui rectitudine inclinantur, sed indignitate officij sui immaculatè permanent, quæ quanto magis claritatem sui conditoris contemplantur, et amplius quæ sit omne creatum, in eius comparatione aspiciunt, & ideo nigræ quasi coruus esse dicuntur. [Oculi eius sicut columbe super riuulos aquarum, q; a]

Apoc. 1.b

1. Timot. 1.b

Psal. 13.

Ecls. 7.d

Psal. 140.

Math. 3.d. &

17.a

1. Cor. 11.a

Marc. 10.c

cte

cte sunt lotæ] Oculi eius, dona sunt spiritus sancti. Quod ostendit Ioannes in Apo calypsi, dicens: Vidi agnum tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Vnde & bene columbis super riuulos aquarum comparantur, quia spiritus sanctus puris & sinceris mentibus delectatur. Non enim super stagna uel paludes, sed super riuulos aquarum columbe resident, quia (ut dictum est) spiritus sanctus castas & mundas mentes sibi habitaculum facit. Quæ lacte sunt lotæ, quia (ut dictum est) spiritus sanctus lactis nomine, i.e. de gratia intelligitur, que per spiritum sanctum ecclesia tribuitur, & qua ueluti lacte paruuli, ita ecclesia nutritur. Possumus & oculos sponsi doctores ecclesiae accipere, qui columbis comparantur propter innocentiam & simplicitatem. Haec columbe super riuulos resident, ut aduentum accipitris a longe prospiciant & praecaueant, sic & sancti doctores aqua baptis matis perfusi, nitore castitatis & sanctimoniae dealbati sunt. ¶ Et resident iuxta fluenta plenissima,] hoc est, iuxta scripturarum exuberantem scientiam. Si quid uero putamus distare inter riuulos & fluenta plenissima, dicendum est per riuos ueteris testamenti scripturas designari: Per fluenta plenissima, copiosam sancti euangelij doctrinam accipi. Iste ergo columbe & super riuulos aquarum sunt, & iuxta fluenta plenissima resident, quia sancti doctores assidue tam ueteris testamenti q[uod] noui mysteria perscrutantur. ¶ Genes illius sicut areolæ aromatum, consistæ a pigmentarijs] Genes sponsi, modesta Christi pietas, uel seueritas, siue habitus uultus illius accipitur. Nam in genis uiri letitia uel modestia, seueritas & pietas deprehenditur. Ideoq[ue] in genis sponsi, iuste habitus uultus redemptoris nostri accipitur. Genes enim illius erant, cum exultaret in spiritu, ut euangelium dicit, uel cum fleret super mortuum Lazarum, uel cum doleret super perituram Hierusalem, & plura id genus. Haec genes sp[iritu]i areolis aromatum comparantur. Sicut enim areolæ aromatum optime compositæ & ordinatæ, aspectu intuentum delectant, eisq[ue] odoris sui gratiam propinant, ita Christi māsuetudo & absentes fama, & præsentes re ipsa delectabat, & ad sui dilectionē puocabat. Haec areolæ a pigmentarijs consistæ sunt. Pigmentarij sunt prophetæ uel apostoli, q[ui] alteri hec oia futura, alteri iā facta descripsérunt. ¶ Labia illius lilia distillantia myrrah primā] Per labia sponsi, uerba domini nostri Iesu Christi accipiuntur, quæ lilijs comparantur, quia candoris æterni præmia annuntiant: distillant myrrham primam, quia per carnis mortificationem ad hæc perueniendum docent. Vélt etiā lijs labia dñi comparantur, q[ui]a castitatis illa & muri ditiæ opera docent. Distillant primā myrrah, q[ui]a quæcumq[ue] aduersa patienter p[ro]ferenda insinuat. Labia dñi lilia erant, cū docens in monte diceret: Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes, beati mundo corde. Distillant myrrham primā, cū post hæc subiigeret, Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam. ¶ Manus eius tornatiles aureæ,] In manibus nancj sponsi, digne opatio saluatoris accipitur. Sicut em̄ q[ui] tor no facile operat, nec regula ulla indiget, sic operatio saluatoris facilis erat, quicquid em̄ uolebat, illlico perficiebat, quia dixit & facta sunt. & de quo euangelista, Erat quasi in potestate habēs sermonem. Aureæ em̄ erant, quia operatio illius diuinitatis peragebat potentia; nā in auro diuinitas figurat, quia sicut aurum certa metalla antecellit, & pretiosius est, ita diuinitas suis omnibus operibus ineffabil modo p[ro]cellit. ¶ Plene hyacinthis.] Hyacinthus lapis est aerij coloris. Quid ergo in hyacinthis, nisi spes & desideriū celeste accipit? Et manus dñi plena sunt hyacinthis, quia ois eius operatio nos ad spem & desideriū supernor[um] excitat. Hyacinthus est etiam flos aromaticus, coloris purpurei boniq[ue] odoris. Manus domini plena sunt hyacinthis, q[ui]a in cruce clavis p[ro]forata & rubore suis sanguinis q[ui]li colo

Ioan.11.6
Luc.19.4

Math.5.8

Psal.32.
Math.7.4
Marc.1.6

COMMENTARIA CASSIODORI IN

re purpureo respersæ sunt. Sed superior expositio de hyacintho lapide, melius hic conuenit. In alia translatione lapis habetur. Dicuntur eī manus eius tornailes, plenæ tharsis. Tharsis lapis est quem nos chalcedonium dicimus. ¶ Venter eius eburneus. [In membris humani corporis nihil uentre fragilius, nihil tenerius: ideoq; per uentrem fragilitas assumptæ humanitatis in Christo accipitur. Ebur autem est os elephantis, quod animal dicunt esse castissimum, & nature frigidissima, unde & a dracone qui calidæ naturæ est, uehemener appetitur. Venter ergo spōsi eburneus est, quia assumpta humanitas redemptoris, nullam corruptiōnē, nullam labem admisit, peccatum enim non fecit, nec dolus inuentus est in eo ullus. Fragilitatem quidem carnis assumpsit, sed tamen totius peccati immunis

Num. 21. c sicut serpens æneus a Moysē in deserto exaltatus, figuram quidem serpentis
Ioan. 3. b habuit, sed malitia uenenī caruit. ¶ **Distinctus sapphiris**] Sapphirus lapis est, celi sereni habens colorē. Vnde in uisione dñi dicitur, Et uiderunt deum Israel, sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphiri, & quasi cœlum cum serenu est. Per sapphiros ergo opera diuinæ maiestatis intelliguntur, quæ in carne perficiunt. Vester ergo sponsi distinctus erat sapphiris, quia humanitas Christi cœlestibus uitutibus refulgebat. Nec plenus dicitur esse sapphiris, sed distinctus, ita uidelicet, ut inter sapphiros appareret eboris candor: quia sic dominus operabatur ea quæ diuinitatis erant, ut nihilominus perficeret ea quæ erant humanitatis, & non relinqueret ea quæ erant diuinitatis. Distincta est eī operatio in Christo diuinitatis & humanitatis. Nā quod esuriebat, q; sitiebat, quod flebat, quod lassabatur, quod ad ultimum crucifigi & mori poterat, humanitatis opera erant: quod uero mortuos suscitabat, q; omnibus infirmatibus succurrebat, quod seipsum a mortuis resuscitabat, euidentissima erant opera diuinitatis. ¶ **Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas**] Crura sponsi itinera sunt saluatoris, quibus homo fieri & ad nos uenire dignatus est. Quæ recte columnis marmoreis comparantur, quia nihil marmore fortius, nihil columna rectius. Et crura sponsi columnæ marmoreæ sunt, quia omnia itinera domini & fortia & recta sunt. De eius fortitudine dicit Psalmista: Exultauit ut g̃gas ad currēdam uiam,

Psal. 18. a summo celo egressio eius. De rectitudine alibi: Iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatē uidit uultus eius. & Vniuersæ uiae domini misericordia & ueritas.

Psal. 24. Hæc crura super bases aureas fundata sunt, quia omnia que per Christum uel in Christo agenda erant, diuinitatis consilio ante mundi constitutionem præordinata & præfinita sunt. Aurum enim quod (ut saepe dictum est) splendidius & pretiosius est cæteris metallis, diuini consilij syncerissimum secretū significat. De basibus ergo aureis columnæ marmoreæ procedunt, quia ab initio seculi præordinata est incarnationis, nativitas, passio, & resurrectio saluatoris, cæteraq; mysteria, quibus humanū genus redimeretur. Vnde & propheta laudans deum dicebat:

Ezai. 25. a Domine deus meus honorificabo te, laudes dicam nomini tuo qui facis mirabiles res: consilium tuū antiquum uerum fiat. ¶ Species eius ut Libani, electus ut cedri] Libanus Phœnicis est mons, terminus ludææ contra septentrionem, & est excelsior cæteris montibus. Arboris etiam illius montis & proceritate & specie ac robore cæterarum syluarum ligna præcellunt. Sicut (inquit) Libanus cæteris montibus Iudeæ terræ p̃celior est, ita redemptor noster speciosior est omnibus electis: q; speciosus est forma p̃filijs hoīm. Et sicut cedrus pulchrior est & procerior cæteris arborib; ita & ille gratia diuinitatis p̃cellit oēs ab initio seculi sc̃tos.

¶ **Guttur illius suauissimū**] Supius per labia spōsi, uerba eius intellecta sunt, nūc p̃guttur ipsoq; uerboq; interior dulcedo significat, qua intellect⁹ noster reficit.

Psal. 33. Vnde & Psalmista: Gustate & uidete quoniam suavis est dominus, &c. Et multo quidem

quidem uerba domini facile intelligere possunt, sed pauci sunt qui dulcedinem illorum ualeant penetrare, hoc est, qui precepta dei ex amore & desiderio studeat adimplere. ¶ Et totus desiderabilis] Ac si diceret, Quid p̄ singula membra eius describendo immoror? Totus est desiderabilis sponsus meus. Totus inquit, quia perfectus deus, pfectus homo. Totus ergo desiderabilis est, quia angelos & electos quosq; ad suum accedit desiderium, iuxta quod Apostolus dicit, In quem desiderant angeli prospicere, & quo uicinus aspicitur, hoc maiori desiderio ad se aspiciendum prouocat intuentes. ¶ Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filie Hierusalem] Dilectus, quia per fidem & charitatē illi inhāre o: amicus uero, quia me de uinculo peccati redemptam, amicam suam & secretorum suorum consciām facere dignatus est. Quem quanto plus quisque diligit, tanto amicitia eius dignior efficitur. ¶ Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierum; Vox est filiarum Hierusalem, id est, ecclesiarum, siue etiam animarum sanctorum, Nam sponsa Christi ecclesia est, filia Hierusalem ipsa ecclesia est, quę ex singulis fidelium animabus constat. Aūnt ergo, Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulier? ¶ Quo declinauit dilectus tuus; et q̄remus eum tecū] Adiuauerat enim superius ipsa sponsa filias Hierusalem, ut nuntiarēt sponso, q̄ amore eius langueret, interrogauerat eadem filiae Hierusalem, qualis esset sponsus, & illa consequenter formam sponsi sui exposuerat, nunc interrogant ipsae filiae Hierusalem, quo abiit sponsus ille, ut querant eum cum ea, hoc faciunt sancte anime, quando adiuicē de æterna salute colloquuntur, flagrantes amore Christi, & eius aspectum desiderantes, siue cum diligenter inuestigant, in quoꝝ maxime cordibus Christus requiescat, ut eorum exemplo & cōuersatione edificentur. Notandum autem q̄ dicitur, Quo abijt, uol, Quo declinauit dilectus tuus? Quasi enim ad tempus declinat dum queritur, ut maius ad se querendum desiderium excitet. Ad hoc enim plerūq; differt uota & orationes sanctorum, ut ardenter eum desiderare incipient, sicut & quondam Mariæ se querenti non statim se ostendit, sed in specie hortulanæ apparet, tandem quod ipse qui quereretur esset, ostendit. Exaudit ergo Christus semper electos suos, sed semp quasi declinat, cum non statim postulata concedit. Bene autem dicitur, queremus tecum, nam qui sine ecclesia Christum querit, errare & fatigari potest, proficere non potest.

Caput VI.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis, ut pascat in hortis, & lilia colligat.] Iam supra docti sumus quis sit hortus Christi, sancta uidelicet ecclesia, de qua superius dictum est, Hortus conclusus soror mea sponsa. Descendit (inquit) Christus in hortū suū ad areolam, quę ipse præparauit & excoluit, quę uirtutū germinibus conseuit, quę sua gratia illustrauit, quę muro suæ custodiæ ab incursu malignorū spirituum defendit. Et bene in hortum suum descendisse dicitur, nam in horto sepeliri uoluit, & primum Mariæ Magdalena in horto apparuit, ibiꝝ quodammodo primitias ecclesiæ consecrauit. Descendisse dicitur, quando de superioribus & coelestibus sedibus in hortum descēdit, quem ipse humili loco plantauit: sed ad hoc ipse descendit, ut hortus (id est, ecclesia) eius ad ipsum ascenderet. Vnde & in sequentibus de horto. i.ecclesia sua, dicit: Quę est ista quę ascendit per desertū? Ad areolam (inquit) aromatis. Per areolam, anima cuiusq; fidelis intelligit, quę discipula coelesti exculta & diligenter composita, ac laterum parilitate exquadrata est. Ut pascatur (inquit) in hortis, id est, ex pīs sanctorum laboribus delectetur. Ipse enim bonis nostris pascitur, intantum, ut in paupere ipse reficiatur. Et lilia (inquit) colligat, hoc est, ut sanctas animas uirtutis maturitate ad perfectum can-

a. Pet. 1. e.

Ioh. 20. d

Ioh. 20. d

COMMENTARIA CASSIODORI IN

dorem perductas, ab hoc mundo ad se colligat, & secum in æterna beatitudine gaudere faciat. Lilia eñ sanctæ sunt animæ uirtutū studijs & bonis operibus can didate. ¶ Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascit inter lilia] Ego dile ctō meo, subauditur, gratā paſtōnū prēparo, & dilectus meus mihi gratiam pfe ctionis, uel p̄mūlūm æternā remunerationis præstabit. Siue ego dilecto meo in me ipſa mansionē paro, & dilectus meus mihi, q̄a ipſe in me habitat, & me in ſe habitare facit, ſicut ipſe in euangelio dicit, Ego in uobis, & uos in me. ¶ Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Hierusalē] Quārebat ecclesia ſponſum ſuū tanq̄ absentem, ſed ille ut ſe ſemp̄ præſentē oſtenderet, eiç de ſe colloquenti, ſeq̄ desideranti ſemp̄ ad eſſe demonſtraret, cito respōdet; Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Hierusalem. Pulchra es, q̄a maculam & rugam non habes pec cati, ſed omni nitore uirtutum uernas. Amica mea, ecclesia uel anima quæcī fide lis, ſuavis & decora ſicut Hierusalem, Hierusalem, quæ uifio pacis interpretat, illā ſupgnam ciuitatē designat, in qua eſt uera pax & felicitas; q̄a ibi ſic gaudēt ſan cti de munere, ut nō ſit quod doleant de corruptione. Ergo ecclesia, quæ adhuc in terris eſt, uel anima quæcī fideliſ ad ſimilitudinē illius Hierusalē ſuavis eſt & decora, q̄a illam pacē in quantum potest imitatur. Sequitur. ¶ Terribilis ut caſ troacies ordinata] Terribilis eſt ecclesia malignis ſpiritibus, & eſt ordinata ut caſtroacies, cum uidelicet unusquisq̄ fidelis ordinem ſuum et uocationē ſuam recte cuſtodit. Tres enim ſunt ordines ecclesiæ: doctorum, cotinentium, & coniugatorū, quæ ſpecies in tribus uiris illis demonſtratæ ſunt, Noe, Daniel, & Job. Noe eñ qui inter fluctus arcā rexit, ſanctos doctores ſignificat: Daniel ecleſie & caſtus, continētum ordinē ſignificat: Job, qui uxorem habuit & filios, ordinē coniugatorum exprimit. Ergo ecclesia ordinata eſt ſicut acies caſtrorum, quia unusquisq̄ ordo ecclesiæ uelut in acie cōtra hostes malignorū ſpirituū cōſiftit, dum ſancti doctores prædicationi & doctrinæ operam impēdunt. Cotinentes, quæ mūdi ſunt contēnentes, tantū que dei ſunt cogitant, & libera a terrenis occupationibus mente, ſoli deouacant. Coniugati eleemosynis & cæteris actuali ūitæ operibus bonis iſiſtunt, ſicq̄ utuntur mundo, ut quæ dei ſunt non deserāt. Hæc ergo ordinatissima diſpoſitiō ecclesiæ terribilis eſt immunitis ſpiritibus, ue lut acies caſtrorum ad bellum ordinata. Siue pulchra eſt ecclesia & decora ſicut Hierusalem in uirtutibus. Terribilis uero ut caſtroacies ordinata, q̄a imperiū ſuum & potestatem proferre non ceſlat uſq̄ ad terminos totius orbis. Siue terribilis eſt ut caſtrorum acies ordinata, quia ſic unitate charitatis connexa eſt & coniuncta, ut nulla ui maligni hostis, nulla peste discordiæ poſſit penetrari. nihil enim ſic terret malignos ſpiritus, q̄modo charitas. ¶ Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt.] Aciſi diceret, Ego qđem dediti b̄ oculos colum binos, quibus me intueri & arcana ſcripturarum acutissime penetrare ualeres, ſed caue ne illos ad me uidentum modo intendere uelis, quia dum in præſenti uiuis, non potes. Non enim uidebit me homo & uiuet. Cum autem uiuclis carnis absoluta ad me peruenieris, tunc me aperta uifione uidebis, & implebitur qđ in euangelio promittitur. Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & maniſtabo ei meipſum. Quod autē dicitur, Quia ipſi me auolare fecerunt, non eſt putandum qđ deus querentes ſe deserat, & ab illis recedat, lucæ.ii.b cum ipſe præcipiat, Quārte & inuenietis, ſed ita potius accipiendū, quia quanto amplius quisque diuinitatem maiestatis dei perſcrutari uoluerit, eo amplius intelligit, quam imperscrutabilis atq̄ incomprehensibilis ſit. Et hoc eſt qđ Pſalmista dicit, Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Aciſi diceret, Licet homo ad uidentum deū cor subleuet, exaltabitur deus, quia quantus ſit cōpre hendi

Ioan.14.c

Pſal.63.

hendi non potest. ¶ Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galad] Hi uersiculi superius expositi sunt, sed nō p̄igeat iterato exponere, quos non p̄guit spiritum sanctum repetere. Ideo enim bis istos uersiculos posuit, ut certissimum & stabile teneremus, quod sub repetitione cōfirmari audiremus. Capilli ecclesiæ sanctæ, multiplices sunt subtilium cogitationū uarietates. Et bene comparantur gregi caprarum, nam capra peccatoris figura est. Vnde & in lege preci pitur, ut quicunq; per ignorantiam peccauerit, & cognoverit reatum suum, offensat pro delicto suo capram in holocaustum. Capilli ergo ecclesiæ gregi caprarū comparantur, quia sancti qui sunt membra ecclesiæ, omnes reatus cogitationis suæ per dignam p̄cidentiam & per lachrymas iustæ compunctionis deleres fastigunt. Bene autem de monte Galaad apparuisse dicuntur. Galaad interpretatur aceruuſ testimonij, ideoq; per Galaad mens sanctorum designatur, qui sunt aceruuſ testimonij, quoniam omnia quæ seculi sum neglige, & solum deū desiderare euidentissimis attestatur indicis. Potest etiam per Galaad ipse dominus & redemptor noster intelligi. Galaad enim & montis & ciuitatis nomen est. De monte ergo Galaad grex caprarum apparuit, quia ecclesia super Christum est fundata, sicut ipse dicit, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Ipse est aceruuſ testimonij, quia multitudo prophetarum & patriarcharum, gestis & scriptis ei testimonium perhibent. ¶ Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis] Per dentes ecclesiæ firma sermonum eius stabilitas intelligitur. Qui bene gregi ouium comparantur, quæ de lauacro ascenderunt, quia uerba ecclesiæ nihil nisi innocentia & mansuetudinē sonant, nihilq; in se fœdum, nihilq; turpe uel immundum retinent, sed lauacro synceritatis & puritatis lavantur, audientes ab Apostolo, Sermo malus ex ore uestro non procedat. Bene autem omnes gemellis fœtibus esse dicuntur, quia sermo sanctoꝝ nihil aliud sonat nec loquitur, nisi quod ad dilectionē dei et proximi pertinet. Solummodo em̄ ea sancti loq; debent, quæ ad p̄petuam corporis & animarum p̄tineant sanitatem. ¶ Sicut cortex malī punici, sic genitrix tua absq; occultis tuis, In genis diximus superius sanctoꝝ castam uerecūdiam figurari in cortice malī punici, mysteriū passionis Christi, audientes a Paulo apostolo, Noli erubescere crucē Christi, neq; me uiinctū eius. Et hæc qđem magna sunt, quæ in apto sunt: maxima uero sunt illa, quæ sunt intrinsecus, hoc est, quæ in futuro sanctis reseruātur. ¶ Sexaginta sunt regine, & octoginta concubine, & adolescentulaꝝ non est numerus] Regine sunt doctores sanctæ ecclesiæ, qui merito fidei & scientiæ thoro regis æterni propinquant, & spirituales deo filios pariunt. Sexagenarius numerus ex denario & senario perficitur. Denarius em̄ personarium multiplicatus, in sexagenarium consurgit. Et denario significatur diuina p̄cepta, propter decalogum legis: Senarius uero pro perfectione posuit, ga sex diebus p̄fecit deus opera sua. Reginæ ergo LX. esse dicuntur, quia eos significant, ut diximus, qui p̄fectione scientiæ & operis pollent, & propter solū amorē conditoris sui, & intuitū supnē remuneratiōis p̄dicant. Hic etiā numerus, i.e. sexagenarius, ex duodenario quinques ducto cōficitur. Nam quinques duodenī, u. l duodecies quini, LX. siunt. Reginæ ergo LX. esse dicuntur, quia illos significant, qui in ecclesia constituti, V. sui corporis sensus iuxta institutioꝝ nem XII. apostolorū caste disponere nouerūt. Concubinæ eos significant, qui nō sincere Christū p̄dican, sed propter lucra temporalia, u. l propter laudes populares. Nā & iste sicut regine, ad thoro regis per scientiā accedunt, & filios spirituāles generant, sed a corona æterni regni alienæ existunt. Et bene octogenario numero comprehenduntur, nam hic numerus ex denario & octonario conficitur,

Leuit. 4.c

Math. 5.b

Ephe. 4.g

2. Timot. 1.b

COMMENTARIA CASSIODORI IN

citur. Octogenarius uero in malo accipitur aliquando, propter quaternarium, quo multiplicato consistit. Quaternarius enim temporalia quæ & præsentia significat, propter quatuor mundi climata, uel IIII. anni tempora. Recte ergo concubinæ istæ LXXX esse dicuntur, quia (ut dictum est) propter sola temporalia & uisibilia prædicant, & spiritualia minus curant. De talibus Apostolus

Philip. 1. b dicebat, Sunt quidam Christū annuntiantes nō syncere, &c. donec dicit, In hoc gaudeo, sed & gaudebo. Adolescentularū non est numerus. Adolescentulæ sunt animæ iā in Christo regeneratae, quæ deposita primi hominis uetustate, in Christo renouatae sunt, necdum tamen sunt nubiles, necdum thoro regis aptæ, quia necdum ad perfectionem Christum prædicandi peruenierunt. Quarum non est numerus, quia infinitus est numerus animarū in Christo credentium, nec ab ul-

Psal. 146. lo homine comprehēdi potest. Cæterum deo numerati sunt omnes electi. Nam apud quē etiam stellarū numerus comprehēsus est, ignorari nō potest electorū numerus. ¶ Vna est columba mea, pfecta mea] Hoc est, una est catholica per universum mundum diffusa ecclesia, quæ ex reginis & adolescentulis siue adolescentibus cōstans, etiā concubinas haber, hoc est, quosdā qui nomine tenus Chri-

Eph. 4. a stianī uel doctores dicuntur. Vna est ergo ecclesia, qæ scissurā & scismata nō recipit, sed sicut unus est deus, una fides, unū baptisma, ita una est generalis ecclesia, quæ recte & columba uocatur, qæ spiritus sancti dote, qæ in specie columba appa-

ruit, Christo spōsata & sanctificata est. ¶ Vna est matris sui, electa genitrici sui] Mater nostra illa est cœlestis Hierusalem, de qua Apostolus dicit, Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Hæc ergo ecclesia una

Gal. 4. d est matris sui: qæ ad exemplū illius ecclesiæ, quæ iā Christo fruitur, ipsa in hac peregrinatione instituitur & informatur, atq; ad illam beatitudinē, in qua cū Christo cōregnat, peruenire nititur. ¶ Viderunt illam filię Sion, & beatissimā prædicas- uerunt reginę & concubinę laudauerunt eam.] Quas superius adolescentulas,

hic filias appellat. Reginas uero & concubinas in hoc loco, ut superius, intelligamus. Filiae ergo, reginæ, & concubinæ prædicant ecclesiam & laudant, quia uni- uersitas fidelium catholicā admiratur ecclesiam. Ipsa est enim ecclesia, quæ ex mul- tis fidelium constat personis, catholicam (id est, uniuersalem) ecclesiam conficit.

¶ Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens?] Vox est synagogæ. In fine siquidem seculi cum plebs Iudaica ad prædicationem Eliae & Enoch con- uersa fuerit ad Christum, ipsa quoque ecclesiam admirabitur, dicens: Quæ est ista? id est, quanta & qualis est ecclesia quæ progreditur? hoc est, proficit de uirtute in uirtutem. Non enim stare, sed progreedi dicitur ecclesia, quia non in uno loco contenta, sed totum mundum cœlesti prædicatione occupauit. Quasi aurora

progreditur, quia transactis tenebris infidelitatis, lumen ueritatis habere ostendit. ¶ Pulchra ut luna] Lunam ferunt physici a sole illuminari. Et ecce ecclesia pulchra est ut luna, qæ claritate sponsi sui Christi illuminatur & eius gratia resplendet. Siue pulchra est ut luna in præsenti uita, ubi aliquando concessa sibi pace & tranquillitate siue securitate crescit, aliquando aduersitatibus obtrita decrescit.

¶ Electa ut sol] In alia uita, ubi perpetuo resplendebit gaudio de uisione conditoris sui. Siue electa est ut sol, qæ illum uerū solem imitari nititur, de quo scriptū est, Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiae. Hunc solem imitatur ui- uendo in humilitate & iustitia & pietate. ¶ Terribilis ut castrorum acies ordina- ta.] Terribilis aerius tempestatibus, ordinata ut castrorum acies, id est, charitatis unitate unita, ut nullis temptationibus penetrari ualeat. ¶ Descendi ad hortū nu- cum] Laudata ecclesia a synagoga, respondet, Descendi ad hortum nucū. Hor- tus nucum est uita præsens. Nam sicut in nuce tegmē qdem durissimum uidetur,

sed

Malach. 4. a est, Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiae. Hunc solem imitatur ui-

uendo in humilitate & iustitia & pietate. ¶ Terribilis ut castrorum acies ordina-

ta.] Terribilis aerius tempestatibus, ordinata ut castrorum acies, id est, charitatis unitate unita, ut nullis temptationibus penetrari ualeat. ¶ Descendi ad hortū nu-

cum] Laudata ecclesia a synagoga, respondet, Descendi ad hortum nucū. Hor-

sed nucleus latet, ita in praesenti uita nostrae conscientie clausae sunt, & non apparet, donec fracta testa corporis manifestentur. Descendit ergo ad hortum nuncum ecclesia, quando per doctores suos uitam singulorum considerat. Vnde sequitur, **[Vt uiderem poma cōuallium]** poma conuallium sunt uirtutes, quae humilitate condiuntur. Descendi (inquit) ad hortum, ut uiderem poma cōuallium, id est, ut considerarem sanctos, excellētia quidem uirtutum prædictos, sed humilitate depresso. **[Et inficerem si florisset uinea]** hoc est, ut considerarem qui in studio sanctorum uirtutum proficerent. **[Et germinasset mala punica]** hoc est, ut eos quoque perquirerem, qui iam apti sunt ad imitādam passionē Christi. Nam mala punica; ut sœpe dictum est, mysterium passionis Christi significat. Considerat ergo ecclesia per platos suos, quod in uirtutibus crescat, uel quod ita perfecti sunt, ut imitantes passionem Christi, pro illo quoque idonei sint sanguinē fundere, quales erant illi, quibus Apostolus dicebat, **Vobis datum est, nō solum ut credatis in Christū, sed ut pro illo patiamini.** **[Nesciui] Vox est synagogæ, quæ uidens tantam ecclesiae gratiam, inspecta ueritate euangelij, dolet quod antea non cognoverit fidem Christi, & quasi excusatis se quod tam tardè cōuerfa sit, dicit, Nesciui sponsa Christi ecclesia. Nesciui, id est, non cognovit tantam gratiam & tanta dona spiritualium uirtutum tibia a sposo tuo collata. **[Anima mea cōturbauit me propter quadrigas Aminadab.]** Conturbata (inquit) sum nimia animi solitudine, propter tam subitam euangelij prædicatiōrem. Sciebam enim legē & prophetas diuinitus datos, et ideo cum subito uidessem prædicari euangelium conturbata sum propter quadrigas Aminadab. Aminadab abnepos fuit Iudea, per quem generatio Christi contextur. Interpretatur autem Aminadab populi mei sponteatus: Ideoque significat Christum, qui spontaneus fuit populi sui. quia ipse cum esset deus, sponte factus est homo: cum esset conditor & creator, sola benignitate sua factus est portio populi sui. Et est sensus, Conturbata (inquit) sum propter subitam euāgelij prædicationem, quæ ueluti uelocissime quadriga, totum subito mundum peruolauit. Et bene hanc prædicationem non currus, sed quadrigas appellat, quia euāgelij prædicatio quatuor euangelistarum autoritate cōsistit, & quatuor euāgeliæ quatuor quadrigæ sunt noui testamēti, cui p̄fidel auriga ipse Christus, temperans & disponens ipse currum euangeliorum. **[Reuertere reuertere sunamitis] Vox est ecclesiae, synagogam ad fidem inuitatæ, Reuertere reuertere sunamitis. Reuertere o synagoga ab infidelitate ad fidem, reuertere ab odio ad dilectionē. Sunamitis interpretatur captiuæ uel despecta. Talis erat synagoga ante aduentum Christi, captiuæ uidelicet uinculo diaboli, & despecta a deo, quia Christum ad salutem suam missum non cognovit. [Reuertere reuertere, ut intueamur te] id est, ut pulchritudinem tuæ castitatis aspiciamus.****

Caput VII.

Viduidebis in sunamite nisi choros castrorum? Vox est sponsi. Qui audiens inuitari synagogam a sponsa sua ecclesia ad fidem, dicit: Quid uidebis in sunamite nisi choros castrorum? ac si diceret, Tu quidem o sponsa adolesceditione synagogæ, & quod tarde ad fidem ueniat, sed adest tempus quo conuertatur, & tunc nihil uidebis in ea nisi choros castrorum, i.e. nisi charitatis cordiam & stabile robur fidei, quo pro defensione meæ fidei pugnabit. Nā chorici canentium sunt, castra uero militum pugnantium. In sunamite ergo chorici castrorum uidebuntur, quia conuersa synagoga & concorditer Christum prædicabit cum ecclesia, & pro fide Christi usq; ad mortem pugnabit. [Quam pulchri sunt gressus tui.] Ab hoc loco incipit sponsus exponere laudes sponsæ suæ. Et nondū quod a gressibus incipit eius pulchritudinē texere, & in ore laudes eius finit, si

COMMENTARIA CASSIODORI IN

cut superioris ab oculis ceperat. Hoc autem fecit uel ad pulchritudinem carminis
uariandam, uel etiam quia sic mysterijs aptissimum est. Q[uod] pulchri (inquit) sunt
gressus tui. Videlicet ecclesiam non otiose in uno loco stantem, sed ueloci pre^{dicti}
one totum mundum peragrandem, ideoque a gressibus cepit eam laudare. Gres-
sus enim ecclesiae sunt uelox pre^{dictio} apostolorum, per quos in omnem terram

Psal. 18. euangelium insonuit. [In calceamentis] Id est, in patrum præcedentium exem-
plis. Calceamenta enim ex mortuis fiunt animalibus. Et calceamenta ecclesiae
sunt patrum præcedentium exempla, quibus gressus habet munitos, ut securius
eum imitando, & sine offensione gradiat. [Filia principis] Alia translatio, filia
Aminadab dicit. Aminadab (ut superioris dictum est) populi mei spontaneus dicit,
qui recte figuram Christi tenet. Nam ecclesia & filia est & sponsa. Filia, quia eius
sanguine redempta, eius baptismate regenerata: Sponsa, quia dote spiritus
sancti illi est coniuncta. [In lucturæ seminum tuorum, sicut monilia qua fabri-
cata sunt manu artificis.] In seminibus uel in femoribus, solet sacra scriptura ges-
terationis propagationem designare. Vnde de Iacob legimus: Omnes animæ, que

Exod. 1.2 egressæ sunt de femore Iacob. Femina ergo ecclesiae sunt, spiritualis generatio
credentis populi per uerbum pre^{dictio}nis & lauacrum regenerationis. Luctuæ
feminum, est coniunctio duorum populorum in una fide, Iudaici & gen-
tilis. Et bene haec luctura monilibus comparatur, quia fides utriusque populi ma-
xime in operibus manifestatur. Nam fides sine operibus mortua est. Fabricata
autem sunt manu artificis, hoc est, dei omnipotentis, cuius munere uirtus boni

Iacob. 2. d operis credentibus tribuitur. Hic est ille artifex, de quo Paulus dicebat, quando
memoriam Abrahæ Patriarchæ faciebat. Expectabat enim manentem ciuitatem

Heb. 11. c cuius conditor & artifex deus est. [Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam
indigens poculis] Umbilicus fragilissima pars est corporis, & ideo per umbilicū
fragilitatem nostræ mortalitatis debemus accipere. Crater uero est calix maior
ansas hinc inde habens. Umbilicus ergo ecclesiae, crater est tornatilis, quia quæ
to magis doctores ecclesiae suæ fragilitatis meminerint, tanto magis uerbo præ-
dicationis insistunt, ut eleemosynam uerbi dei præbentes, ipsi misericordia a deo
consequantur. Et bene crater tornatilis dicitur. Torno enim facilitus operamur,

per quod significatur facilitas erogandi uerbum uel eleemosynam dandi. Non
enim morose, nec hæsitando eleemosyna danda est: iuxta quod Salomon dicit,

Prouer. 3. d Ne dixeris amicotp, Vade & reuertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare.
Quod etiam torno sit, non eget exterius adhibita regula uel linea, sed innata
ex seipso perficitur. Umbilicus ergo ecclesiae crater est tornatilis, q[uod]a quicunque uel
predicat, uel eleemosynam dat, pro sola dilectione et superne mercedis expecta-
tione hoc facere debet. Nam quicunque uel predicat uel proximis miserebit pro
remuneratione temporali uel laude, crater est, sed non tornatilis. Et hic crater
nunquam indiget poculis, quia prædicatoribus nunquam deest prædicatio ybi
dei, quia ipse quem prædicant, pocula scientiae & uirtutem constantiae illis subs-
ministrat. Vnde & psalmista, Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute

Psal. 67. multa. [Venter tuus sicut aceruu tritici uallatus lilijs.] Eadem fragilitas que
per umbilicum designata est, ostenditur hoc loco per uentrem, quia uenter nul-
la ossium firmitate præmunitur. Bene ergo uenter ecclesiae aceruo tritici copia-
ratur, quia sancti quiq[ue] quanto magis memores sunt suæ fragilitatis, eo studiosius
ad proferendos bonorum operum fructus insistunt. Et recte non copiam tritici,
sed aceruum tritici dicit: ut per hoc significet incrementa uirtutum, q[uod] ueluti aceruu
ab inferiorib[us] ad supiora crescendo concendunt. Nam sicut aceruu in inferioribus
lata amplitudine spatiatur, superius uero quadam breuitate contrahitur & acu-
minatur,

minat, ita in ecclesia multi sunt qui indulgentius uiuunt, pauci vero q̄ summæ
 perfectioni insistunt. Plures enim inueniuntur qui de bonis suis eleemosynam
 faciūt, q̄ qui sua pro deo relinquunt. Hic acerius lilijs uallatus dicitur, quia san-
 cti bona quæ faciunt, pro desiderio supernæ claritatis & candoris agunt. Nam
 per lilia cœlestis illa claritas designatur. Potest etiam per uentre ecclesia diui-
 nus fons baptismatis accipi, quo fideles in nouam creaturam regenerantur. Hic
 ergo uenter aceruo tritici uallato lilijs cōparatur, q̄a regenerati fonte baptisma-
 tis docentur bonis insudare operibus, & ad intuendam super hæ claritatis gloriā
 semper inhiare. [Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.] Vbera ec-
 clesiæ, sicut iam superius dictum est, sanctos doctores significant, qui paruulos
 quosq; (hoc est, nup in Christo regeneratos) lacte apertioris & facilioris doctrinæ
 nō instruant. Bene autem duo ubera dicuntur, quia de duobus populis, Iudaico
 uidelicet & gentili, fideles congregantur, & lacte spiritualis doctrinæ aluntur.
 hec duo ubera sicut duo hinnuli capreæ gemelli esse dicuntur. Duo hinnuli sunt
 duo testamenta, quibus eorundem doctorum omnis prædicatio subsistit, quorū
 testamētorum unus est author & promulgator Christus, iuxta quod Salomon
 dicit: Verba sapientium quasi stimuli & quasi clavi in altum defixi, quæ data sunt Ecls. 12. d
 a pastore uno, Christo uidelicet. Caprea enim recte Christum significat, quia &
 intuitu & uelocitate cæteris animantibus præminet, & mundum est animal, un-
 gulam diuidens & ruminans. Tales enim sunt membra Christi, doctores usdeli-
 cet, intuitu scientiæ insignes, & ea uelocitate terrena deserentes, atq; ad cœlestia
 festinantes. Diuidens ungulam, id est, habens boni & mali discretionē: & ruini-
 nans, hoc est, sedula memoria præcepta dei meditans. [Collum tuum sicut tur-
 ris eburnea] Doctores sancti, qui designantur per ubera, ipsi designantur & per
 collum. Nam & per arterias collum egreditur, & collum ministerio cæteris mem-
 bris uitalia alimenta ministrantur: Sic & sancti doctores & uerba uitæ populis
 annuntiant, & alimento doctrinæ cœlestis eos nutriunt. Collum ergo ecclesiæ
 turri eburnæ comparatur, quia sancti doctores eidem ecclesiæ & pulchritudine
 nem & robur præstant. Pulchritudinem quidem, quæ per cardōrem eboris de-
 signatur, caste & sincere uiuendo. Robur vero præstant, quod significatur per
 turrim, quando eandem ecclesiæ contra tentationes diaboli uel impetus hæreti-
 corum muniant. [Oculi tui sicut piscine in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudi-
 dinis.] Id est, ipsi doctores, qui per collum designati sunt, designant & per oculos:
 Ipsi em̄ quasi oculi universo corpori ecclesiæ prouidēt, & iter qd ingredi debeat,
 ostendunt. Hi oculi ecclesiæ cōparantur piscinæ, edificatis in porta ciuitatis Ese-
 bon: q̄a sancti doctores populos in Christum credentes, uitali aqua abluunt, & sa-
 lutaris doctrinæ potu reficiunt. Filia autem multitudinis uocatur Esebon iuxta li-
 teram, ob multitudinem confluentium inibi populorum. Sic & sancta ecclesia recte
 dicitur filia multitudinis, q̄a numerositatem quotidie colligit gentium. Esebon
 autem interpretatur cingulum mœroris. Oculi ergo ecclesiæ piscinæ Esebon com-
 parantur: q̄a sancti doctores neglectis caducis seculi gaudijs, cingulo mœroris se
 constringunt, quia caste & sobrie uiuunt in hoc seculo, & pro suis erratibus de-
 flent, quatinus in præsentis seculo lugentes, ad uera æternitatem possint puenire gau-
 dia. In porta autem Esebon hæ piscinæ esse dicuntur, q̄a nullus ecclesiam ingredi-
 ualet, nisi prius aqua baptismatis abluatur, & nisi fonte salutaris doctrinæ poter-
 tur. Hoc etiam significabat labrum æneum, quod Salomon in portico templi po-
 fuerat, ut sacerdotes ingressuri templum, & hostias immolaturi, ibi corpora ab-
 luerent. [Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum] Quia
 nasi foctores & bonos odores discernimus, recte per nasum ecclesiæ h̄dem san-
Titum 2. d
Exod. 30. b
3. Reg. 7. d

COMMENTARIA CASSIODORI IN

cti doctores intelliguntur. Ipsi enim sagaciter discernere noverūt inter fragran-
 tem catholicæ fidei doctrinam, & letiferum hæretici erroris foetorem. Nam
 & in diuinis charismatibus, quæ per sp̄ritum sanctum distribuuntur, dicitur,
 • Alij datur per sp̄ritū discretio spirituum. Nasus ergo ecclesiæ turri Libani com-
 paratur, quia sancti doctores & summum locum in ecclesia tenent, ac ueluti in
 Libano monte consistunt, & defendunt ecclesiam a malignorum spirituum in-
 cursibus. Hæc turris contra Damascum esse dicitur. Damascus metropolis ciui-
 tas est Syriæ, quæ quondam contra filios Israel, utpote fortissimos & crudelissi-
 mos reges habens, dimicabat. Interpretatur autem Damascus, sanguinis potus,
 uel sanguinis oculus. Ferunt ibi Abel interfectum, ideoq; significat potestates
 huius seculi, quæ sanguinis potum sitiunt, quia uoluptatibus & illecebris car-
 nis & sanguinis delectantur. Significat etiam aerias potestates, quæ animarum
 nostrarum cruentum sitiunt. Contra Damascum ergo est hæc turris, quia hæc ec-
 clesia semper diabolo & membris illius, adiutorio Christi unita resistit. [Cap-
 put tuum ut Carmelus] Caput ergo ecclesiæ, principalitas mentis fidelium in-
 telligitur, nam sicut capite membra reguntur cætera, ita mente cogitationes dis-
 ponuntur. Bene autem caput ecclesiæ Carmelo comparatur. Carmelus enim,
 qui & Carmel dicitur, interpretatur cognitio uel scientia circuncisionis. Ergo
 caput ecclesiæ Carmelo assimilatur, quia nouit circuncisionem aliquid cor-
 poraliter celebratam, nunc se spiritualiter obseruare debere, iuxta quod prophe-
 ta dicit, Circuncidimini domino in cordibus uestris. Hanc sententiam circun-
 cisionis non habuerunt Iudæi, ideoque reprehenduntur a beato Stephano pro-
 tomartyre dicente, Dura ceruice & incircensi cordibus & auribus, semper
 spiritui sancto restitistis. In libro quoque Regum legitur, quod Elias in monte
 Carmeli ascēderit, & ibi orādo a iadam terrā cœlestibus pluvijs irrigauerit, post
 Hiero.4.a
 longam trīum annorum & semis siccitatē. Quæ historia pulchram redolet al-
 legoriam. Nam Elias, qui interpretatur deus meus dominus, Christum signifi-
 cat. Qui cum sit deus & dominus omnium & totius creaturæ, specialiter suus,
 id est, proprius, est deus & dominus ecclesiæ. Hic in Carmelum ascendit, quan-
 do per gratiam suam mentes fidelium suorum cōscendit, & per eos a renitimun-
 dogratiarum suarum pluvijs tribuit. Recte ergo (ut dictum est) caput ecclesiæ
 Carmelo monti comparatur, quia mens sanctorum quadam conuersatione subli-
 mis est, & Christo in se ascensum præbet per profectū uirtutum. [Et come capi-
 tis tui ut purpura regis uincta canalibus] Si per caput ecclesiæ mens accipit, pet
 comas capitis cogitationes mentis debemus accipere, q; assidue de illa prodeunt.
 Purpureus uero color, qui sanguinis habet speciem, mysteriū dominicæ passio-
 nis significat. luxa literam quod dicit, purpura regis uincta canalibus, significat
 lanam iam purpureo colore confeccam, & neendum in fila deducam, sed ad-
 huic in canalibus constitutam, quas Græci & tū uocant, in quibus sanguis con-
 chyliorum solet defluere, & lanam in purpureum uertere colorem. Mystice eas-
 nales iste humilitatem sanctorum significant, in quibus æterni regis purpura tin-
 gitur, cum sancti quiq; humilitatem sui redemptoris imitando, passionum illius
 conformes fieri sat agunt, quatenus in purpuræ dignitatem uertantur, id est, la-
 borantes pro Christo, mereantur coronari & regnare cum Christo. Vincta autē
 haec purpura esse dicitur, quia sanctorum precordia fixa sunt & stabilita in timo-
 re & amore redemptoris sui, nec unquā a charitate eius separari possunt. [Quā
 pulchra es, & quam decora charissima in delitijs] Quam pulchra es, scilicet, in si-
 de, & decora in operatione, charissima in delitijs. Supradictum est de eadem ec-
 clesia, Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata; hic ue-
 rō

ro dicitur, pulchra & decora, charissima in delitijs. Quæ quasi contraria esse uidentur. Nam ordinatam esse uelut castrorum aciem, & esse in delitijs, repugnat: quia delitiae fortitudinem militum solent eneuare. Sed sancta ecclesia utrumque agit. Ordinata est uelut castrorum acies, quæ infidelibus haereticis resistit, & malignos spiritus sua sanctitate & perfectione terret. In delitijs etiam est, quia sua uitatem supernæ dulcedinis assidue palato mentis degustat, & inter pressuras huius seculi illas adipisci desiderat & continue illis satiari. Vnde merito illa que talis est, sposo suo Christo charissima esse dicitur. ¶ Statura tua assimilata est palme.] Statura ecclesie, est perfecta eius rectitudo. Neque enim ad uitia incurvantur, sed recta & immobilis persistit. Vnde Psalmista ex persona peccantium dicens Psal. 118.
bat, Incuruatus sum & humiliatus usque quaque. Et propheta sub specie Hierusalem peccanti animæ de malignis spiritibus dicit, Quia humiliauerunt te, & dixerunt animæ tuæ, Incuruare ut transleamus. At contra sancta ecclesia recta Esa. 51.8
stat, nec unquam incuruari consentit, audiens ab Apostolo: Vigilate, state in fine. 1. Cor. 16.6
de, uiriliter agite & confortamini, & omnia uestra in charitate fiant. Et dominus Exod. 6.2
nus filius Israel loquitur, Ego sum dominus deus uester, qui eripui uos de erga Leuit. 26.6
stulo Aegyptiorum, ut incederetis recte. Statura ergo ecclesie palmæ assimilatur, quæ in omnibus quæ agit, semper in memoria supernam retinet remunerationem. Palma enim uictricem ornat manum, & ideo significat præmium illud, quod uictoribus sanctis in cœlestibus est dandum. ¶ [Et ubera tua botris] Vbera ecclesie (ut superius dictum est) sunt doctores sancti, qui lacte simplicis doctriæ trine regeneratos in Christo nutrunt. Sed hec ubera botris assimilantur, quando iudicem doctores perfectis perfectiora denuntiant, sicut Apostolus loquens simplicioribus, dicebat: Non potui uobis loqui tanquam spiritu ritualibus, sed tanquam carnalibus, tanquam paruulis in Christo. lac potum uobis dedi, nō escam. Ecce ubera lactis plena. Quæ ubera in botros sunt uersa, cum diceret: Nos predicamus Christum dei uirtutem & dei sapientiam, & loquimur sapientiam inter perfectos. ¶ Dixi, ascendam in palmam, apprehendam fructus eius] Ut ostenderetur omnis hæc excellentia & magnitudo donorum ecclesie de dei gratia uenire, introducitur idem sponsus dicens, Ascendam in palmam. Quasi dicceret, Inde habes ubera ad nutriendos paruulos, unde etiam habes botros, quibus perfectioribus perfectiorem propines doctrinam, quia ego mea gratia in te ascendi, & hanc tibi perfectionem concessi. Ascendam (inquit) in palmam. Palma ecclesiam significat, uel etiam anima cuiuscunq; fidelis, qui memor est domini dei sui qui dicit: Confidite, ego uici mundum. Ipsa quoque omnium uictiorum & Ioan. 16.8
iniquitatis uictrix esse studet. Bene autem in palmam hic ascendisse dicitur, cum superiorius in hortum descendisse legatur. Dixit enim ecclesia, Dilectus meus descendit in hortum suum. Idem est hortus, quod & palma, uidelicet una eademque ecclesia. Sed in eam dominus descendit, & ad eam ascendit. Descendit in eam, copiam suæ gratiae illi de cœlestibus mittendo: ascendit ad illam, dona sua in ea incrementando, eamque quibusdam profectibus ueluti quibusdam gradibus ad celsiora subleuando. Sed & hoc de natura palmæ est sciendum, quod in inferioribus aspera est, in superioribus pulcherrima decore foliorum & pulchritudine fructuum. Sic & sancta ecclesia in inferioribus asperitatem laborum & passionis sustinet pro Christo: in superioribus uero, hoc est, in cœlestibus pulchritudine & suavitatem expectat præmiorum. Potest & per palmam arbore dominice crucis exprimi, in quam redemptor noster pro humani generis redemptione ascendit, & in qua hoste humani generis superauit. Ait ergo, Dixi, ascendam in palmam & per meos prophetas locutus sum, & promisi me ad passionem uenturum, & meam

COMMENTARIA CASSIODORI IN

ecclesiam redempturum. Apprehendam (inquit) fructus eius, id est, fructus bonorum operum & laborum, quibus ecclesia desudat remunerando. Vel etiam secundum meum sensum, quo per palmam crux intelligitur. Apprehendam fructus, id est, impleto triumpho passionis, ueniam ad gloriam resurrectionis, & apostolis meis spiritualia dona concedam. [Et erunt ubera tua sicut botri uineæ] Hoc superius iam expositum est. nam ubera ecclesiæ doctores sunt, cum parvulos simplici doctrina nutrunt, sed botri uineæ efficiuntur, cum perfectioribus sublimis quæc annuntiant. Nam beatus Paulus uno eodemque tempore ubera

Rom.9.a & botros habuit, quando de Christo loquens dixit: quorum patres, & ex quibus Christus. Ecce ubera, id est, simplex de Christo prædicatio. Sed hec ubera in sua uissimum & fortissimum uinum conuersa sunt, cū subiunxit: Qui est deus sup omnia benedictus in secula. [Et odororis tui sicut malorum. Guttur tuum sicut uinum optimum.] Os & odor ecclesiæ, est presens eius prædicatio, quæ fama uel scripto ad absentes eius peruenit. Guttur uero est vox ipsa prædictoris, quæ in praesenti auditur. Odor ergo oris ecclesiæ, odoribus malorum comparatur; quia ipsa fama prædicationis plena est suavitatis & gratiae. Guttur uero uino optimo assimilatur, quia ipsa vox prædicantium magnam in se uirtutem adiutoribus ostendebat. Quod uero malorum odor in nouitate est, uini uero in uetustate, significat prædicationem ecclesiæ & in sui nouitate, & etiam in sui perfectione omnem habere suavitatem & gratiam. [Dignum dilecto meo ad potandum, labijs & dentibus illius ruminandum] Vox ecclesiæ est, Quæ audiens se laudari a sponso, gratulabunda respondet, dicens: Dignum dilecto meo ad potandum. Ac si diceret, Sponsus meus guttus meum uino optimo comparauit, & illud uinum, dignum est ad potandum ipsi dilecto meo, hoc est, prædicatio euangelica, quæ in ore meo posuit, per ipsum, & non per aliū annuntiari debet in mundo. neque enim per aliū decebat mysteria regni cœlestis predicari in mundo, quam per mediatorē dei et hominū. Et labijs (inquit) & dentibus illius ruminandum. Labia & dentes sponsi, ut supra dictū est, doctores sancti sunt. Illud ergo uinum optimū ruminandum est labijs & dentibus sponsi, quæ prædicatio euangelica tradita a deo doctoribus tractanda & exponenda est. Nec absurdū est, quæ cum uinum potetur & non ruminetur, hictamen dicitur labijs & dentibus ruminandum, quod magis ad cibum quam ad potū pertinet. Nam sancti doctores uinum spirituale ruminant, quando precepta euangelica diligenter exquirunt, & crebra meditatione inuestigant atque inuicem conferunt.

[Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.] Ego dilecto meo, subaudis, obsecrum iustum & deuotionis impendo illi, & non alteri fidem & seruitutem meam promitto. Et ad me conuersio eius, ut me in praesenti inter labores & ærumnas huius uite tueat, & in futuro ad gaudia uitæ cœlestis introducat. Potest etiā hæc esse vox synagogæ ex persona sanctorum patrum, aduentum Christi desiderantium. Ac si diceret, Scio (inquit) illum spirituali præsentia mihi semper adesse, & ideo ego dilecto meo omni deuotione familiariter cupio: sed tandem ad me conuersio eius, quia opto ut tandem sicut promisit, in mea substantia mihi appearat. Nam dixerat supersponsus, Ascendam in palmam, id est, Promiserat se in carne uenturū, & pro humano genere passurum, & inde iā gratulabunda dicebat, Ego dilecto meo, & ad me sit conuersio eius, id est, credo illum hominem uenturum, & in mea substantia hominem mundo manifestandum. [Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in uillis.] Eiusdem synagogæ vox est, Veni dilecte mi, id est, appare per assumptum hominem. Tale est & illud Psalmista, Excita potentiam tuam & ueni. Et Esaias, Utinam dirumperes cœlos, & uenires. Egrediamur in agrum. Ager, mundus iste est. Egressum

Psal.79.
Esa.64.a

diamur (inquit) in agrum, id est, prædicemus mundo, commoremur in uillis, hoc est, ipsis quoque paganis fidem tuam annuntiemus. Nemo nescit paganos a uil la dictos, quia πάγος Græce, uilla dicitur Latine. Inde pagani dicti, quia longe sunt a ciuitate dei. Potest & uox ecclesiæ esse, Veni dilecte mi, ac si diceret, iam mysterio ascensionis assumptum hominem ad coelos subleuasti, sed ueni, diuis næ maiestatis præsentia me saepius uisitando. Egregiamur in agrum. Eodem sensu, quo & superius, Prædicemus tuæ incarnationis fidem mundo. Commoremur in uillis, id est, etiam ignorantibus te paganis tuam fidem annuntiemus, nec in transitu tñ, sed cōmoremur ibi, donec illos ex paganis catholicos, ex aliis nistib⁹ proprios faciamus. ¶ Mane surgamus ad uineas] Mane, exortus est nouæ gratiæ, quando uidelicet transeuntibus tenebris infidelitatis, euangelium mundo cœpit prædicari. ¶ Videamus si floruit uinea.] hoc est, inspiciamus ecclesiam, si iam prima fidei rudimenta suscepit. ¶ Si flores fructus parturiunt.] Inspiciamus etiam si flores parturiunt fructum, id est, si illi qui iam in Christum crediderunt, idonei sunt ad bene operandum. Nam flores emittit ecclesia, cū primum fideles ad fidem ueniant. Flores uero fructus parturiunt, cum iam ipsa fide & dilectione bene operatur, ne ipsa fides otiosa sit, uel mortua sine operibus, nam ut Iacobus dicit, fides sine operibus mortua est. ¶ Si floruerint mala punica.] Ma- Iacob. 2. d la punica (ut supra dictum est) rubicundum uel sanguineum habent corticem, & ideo significant passionem domini, uel membrorum ipsius. Dicit ergo, Si flo- ruerint mala punica, hoc est, si sancti, qui iam fide & opere perfecti sunt, idonei etiam sint imitari passionem Christi, & pati pro illo. Mala punica erant illi, qui bus Apostolus dicebat: Vobis datum est non solum ut in illum credatis, uerum Philip. 1. a etiam ut pro illo patiamini. ¶ Ibi dabo tibi ubera mea.] Vbera ecclesiæ, do- ctores sunt, qui fideles primum ad fidem eruditunt. Cum (inquit) ad uineas exie- rimus, ibi dabo tibi o spōse ubera mea, hoc est, spirituales tibi filios generabo. Vnde adhuc subditur, ¶ Mandragoræ dederunt odorē in portis nostris] Man- dragora herba est aromaticæ, cuius radix similitudinē habet humani corporis. Poma eius optimi sunt odoris, in similitudinem pomi Matianæ, quod nostri ter- ræ malum uocant. Hæc herba rebus medicinalibus aptissima est. Nam ferunt eos, qui incommodo uigilarum laborant, haustu huius pomi releuari, & posse dormire. Item ferunt eos, qui ob curam secandi sunt, si exteriorem huius pomi corticem biberint, non sentire sectionem uel adustionem, quæ omnia si quis my- stice disquirere uoluerit, spirituales sensus & ecclesiæ cōuenientes ibi inueniet. Dicit ergo, Mandragoræ dederunt odorē in portis nostris. Portæ ecclesiæ sunt apostoli & eorum successores, quia nemo ciuitatem dei (id est, ecclesiam) intrat, nisi per sanctos doctores aqua baptismatis regeneratus, & uitali doctrina in- structus fuerit. De his portis Psalmista dicebat: Diligit dominus portas Sion Psal. 86. super omnia tabernacula Iacob. Mandragoræ autem fragrantiam uirtu- tum designant. In portis ergo ecclesiæ mandragoræ odorem dederunt, quan- do apostoli uel successores eorum, famam suauissimæ opinionis, & odorem uit- tutum longe lateque sparserunt. Ideoque inuitat sponsum suum ecclesia ut ue- niat, quia iam nomen eius longe lateque per apostolos annuntiatur, & odor præ- dicationis Christi longe lateque dispergitur. ¶ Omnia poma noua & uetera dilecte mi seruauit tibi.] Id est, præcepta uel promissa ueteris testamenti, & noui seruauit tibi o dilecte me. Sciebat enim omnia quæ in ueteri testamento annun- tiata sunt, non nisi per Christum, & in Christo posse compleri, ideoque dice- bat, Tibi seruauit poma noua & uetera, hoc est, te expecto, ut per te impleantur in nouo testamento, quæ prædicta sunt in ueteri. Vnde & in passione sua iam pendens

pendens in cruce, cum gustasset acetum, dixit, Consummatum est. Et post resur
Ioan. 19. f **rectionem Apostolis, Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege & pro**
Luc. 24. f **pheis & psalmis de me. Possunt etiam poma noua & vetera, iustorum personæ**
intelligi, qui uel in veteri uel in novo testamento fuerūt. Dicit ergo Ecclesia, Ser
uaui tibi noua & vetera, id est, iustos qui in veteri testamento præcesserunt, uel
in novo subsecutisunt, tibi seruauit, ut per te laborum suorum præmia perciperet.
Nullus enim iustorum regnum cœlorum intrare ualuit, nisi per Christum, quia
ipse primus ascendit, & sequentibus suis membris cœlum aperuit;

Ioan. 14. a
Act. 1. a

Caput VIII.

Ioan. 1. b

Psal. 21.
Hebr. 2. c
Idan. 20. e

Cant. 2. a

Can. 6. d

Gal. 4. d

Act. 1. b

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ? Ex his uerbis intelligitur totum hoc carmē d' uinum esse & spirituale, & nihil in se, quod iuxta literā intelligi possit, habere. Quæ em unq; amatrix hoc optauit, ut is quē diligit, parvulus efficiatur, & eius frater, & in infantem uersus fugat ubera matris suæ? Est ergo uox illius ecclesiæ, quæ aduentum Christi præcessit, quam synagogam (id est, congregationem) appellamus. Quis (inquit) mihi det te fratre meum sugentem ubera matris meæ? Et est sensus, Tu qui modo es in sinu patris, qd det ut homo efficiaris, & particeps ac consors meæ naturæ existens, frater meus appelleris? Nam ipse se fratrem apostolorum uocare dignatus est, dicens per Psalmistam, Narrabo nomē tuū fratribus meis. Et post resurrectionem mulieribus, Ite, inquit, hūtiate fratribus meis. Sugentem ubera matris meæ, inquit, hoc est, impletum omnia, quæ naturæ humanæ conueniunt, excepto peccato. Nam mater synagogæ in hoc loco ipsa humana natura intelligitur, de qua ipsa synagoga exorta est. Sugentem (inquit) ubera matris meæ, id est, sustinentem omnia quæ humanæ fragilitati competit. ¶ Ut inueniā te foris] Hoc est, ut hominem factum in aperto uideam. Quasi enim intus erat deus, cum iam in sinu maiestatis paternæ lateret, sed foris inuentus est, quando homo factus uisibilē se in minibus præbuit, & in comprehensibili uoluit comprehendendi. ¶ Et de osculer te] Et de osculer te, inqt, id est, manifestate aspiciam uisione, quem nunc tantum in fide itene osculo, quod initio huius carminis optauit, dicens: Osculetur me osculo oris sui, id est, per semetipsum iam ueniat ut mihi appareat. Quasi enim per prophetas osculabatur ecclesiam dilectus, cum aduentum suum per eos reppromitteret. Optat ergo ut per seipsum ueniens illam osculetur, hoc est, ut in carne sua præsentiam exhibeat. ¶ Et iam me nemo despiciat] Quasi em despecta erat ante synagoga, qd CHRISTus ueniret, quia iam legalibus obseruationibus dedita, sub typo & figura, & non in ueritate aduentū Christi prædicabat. At postq; Iesus apparuit, & aduentus sui gratia mundū illustrauit, iam nemo despexit eam, quin immo terribilis ut castrorum acies hostibus suis fuit, ga p uniuersum mundum Christum prædicauit, & mundanum imperium sibi subdidit. Nec mirum uideri debet, si nunc ecclesiam synagogam dicimus. Una est enim ecclesia in præcedentibus & in sequentibus patribus. ¶ Apprehendā te, & ducā te in domum matris meæ] O dilecte, per fidem & charitatem tibi adhærendo, ducam te in domum matris meæ. Mater ecclesiæ, hoc in loco cœlestis illa Hierusalem intelligitur, de qua Paulus dicit, Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Ducam te (inquit) in domū matris meæ, id est, prosequar te reuertentem in cœlum, post actum incarnationis tue & passionis mysterium. Ducam autem te, inquit, pro eo quod est, deducam & prosequar, quia ascendentem dominum in cœlos apostoli oculis deduxerunt, & quo usq; eū nubes suscepit, pio aspectu prosecutisunt, donec angelii assistentes dixerunt: Viri Galilæi, quid staretis aspicientes in cœlum? Hic IESVS qui assumpitus est a uobis in cœlum, sic ueniet

niet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. [Ibi me docebis.] Hoc ad Superiora refertur, ubi dicitur, Inueniam te foris. Cum (inquit) te foris inuenero, hoc est, cū te in assumpta carne aspexero, ibi docebis me, quia ad omnia quæ interrogare uoluerō, respondebis. Nam sæpe etiam uolentes interrogare aposto-
los dominus præueniebat, eosq; instruebat. Potest & ad hunc locum iungi, ubi dicit, Ducam te in domum matris meæ, ibi me docebis. Cum (inquit) cœlo receperit sacerdos, & me quoq; in cœlum tecum assumpseris, ibi me docebis, & in omnē ueritatem induces, quod impossibile est homini in presenti uita posse consequi.
 hinc est quod dominus repromittit apostolis, dicens: Venit hora, cum iam non in proverbijs loquar uobis, sed palam de patre annuntiabo uobis. Ergo ibi me docebis, id est, te & patrem mihi aperta uisione reuelabis, hoc est, diuinitatem tuam mihi facie ad faciem ostendes. [Et dabo tibi poculum ex uino condito] Per ui-
 num feruor charitatis & dilectionis intelligitur. Dabo (inquit) tibi uinum, hoc est, ostendam quam seruentissima charitate te diligā. Et hoc uinum non simplex erit, sed conditum, bonis uidelicet operibus & uirtutibus. Nam amor dei, sicut beatus Gregorius dicit, nunquā est otiosus, operatur magna si est. Si enim ope-
 rari renuit, amor non est. Vinum enim conditum, est dilectio cum operatione.
 Vnde & dominus in euangelio, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. [Et mustum malorum granatorum meorum] Malum granatum idem est quod & malum punicum. Dicitur autem malum granatum, eo quod multitudine granorum sit plenum. Malum Punicū, eo quod in Africa plurimum abundat. Punita enim ipsa est Africa. Habet autem corticem sanguinei coloris, & ideo (ut sæpe dictum est) figuram tenet dominicae passionis. Mustū enim malorum granatorum, est dilectio sanctorum martyrum, qui instantum deum dilexerunt, ut pro illo mori non dubitarent. Et bene mustū dicitur, non aliud quodlibet poculum, quia mustum seruentissimum est, ita ut in nimio feruore omnem sordem ex se excoquat & purget. Dabit ergo ecclesia dilecto mustum malorum granatorum suorum, i. ostendet in passionibus sanctorum martyrum, quāta charitate Christus diligatur. [Leua eius sub capite meo, & dex-
 ter illius amplexabitur me] Per laeuā (ut beatus Gregorius dicit) omnia prospéra præsentis uitæ accipiuntur: per dexteram uero futura beata uita in cœlis accipit. Læuā ergo sponsi ecclesia sub capite habet, & dextera eius illam amplexa-
 tur, quia quæcumq; prospera præsentis seculi blandiuntur, pro nihilo deputat, cuncta quæ temporaliter arrident despicit: & dum ad solam supernæ beatitudinis uisionem tendit, illam solummodo amplexari desiderat. [Adiuro uos si-
 lice Hierusalem, ne suscitetis, ne que euigilare faciatam dilectam donec ipsa uelit] Habet ecclesia quosdam in se, qui baptismo Christi sunt renati, & nomine Chri-
 stianitatis titulati, moribus tamen et conuersatione seculo seruiunt, & ecclesiam suauissima sopitam quiete inquietare, atq; ad perferendos tumultus excitare inten-
 tuntur. Hi ergo propter gratiam mysteriorum Christi, quæ percepérunt, filiae Hierusalem appellantur in hoc loco, cum tamē moribus contraria agant. Et ad-
 iurat eos sponsus, ne suscitent uel euigilare faciant dilectam, hoc est, ne illam in somno dulcissime quietis positam, hoc est, in contemplatione sui conditoris, sua inquietudine excitent, & ad solicitudines & curas seculi euigilare compellant. Donec ipsa uelit, hoc est, donec peracto officio debitæ seruitutis, qua in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus deo famulatur, admoneatur iterum cura corporeæ fragilitatis ad usum seculi redire. [Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?] Vox synagogæ, admirantis ecclesiā de gentibus congregatam. Quæ est, inquit, ista? i. qualis est, quanti meriti,

COMMENTARIA CASSIODORI IN

quæ ascendit de deserto. Derelicta enim fuerat a deo per idolatriam & ueritatis ignorantiam. Ascendebat ergo uirtutum gradibus de deserto, hoc est, de errore infidelitatis, in quo ad tempus derelicta fuerat. Delitius affluens, id est, uirtutibus abundans. Innixa (inquit) sup dilectum meū, id est, fiducialiter agens in Christo, & omnes uirtutes suas & cuncta bona ad eius gratiā referens. Sciebat se nihil suis uiribus boni implere posse, ideoque cū Apostolo dicit: Gratia dei sum id qd sum. Et notandum quod dicit, Super dilectum meum. Nam synagoga solam putabat

1. Cor. 15.b

Psal. 75.

Math. 27.a

Math. 27.c

Aggei. 2.d

Hiere. 22.f

Rom. 8.g

se habere cognitionem dei, cæteris gentibus in ignorantia destitutis. Notus em, ut ait Psalmista, in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. Sed ita miranti respondet synagogæ ipsius sponsus, & dilectus, qd sequtur: ¶ Sub arbore malo suscitauit te] Arbor malū, crucem dominicam debemus accipere, sub qua arbore suscitata est synagoga, quia ipsa a præuariatione originalis peccati, & a potestate diaboli per crucem Christi redempta est, ibi suscitata est quæ peccatis mortua erat. Et bene arborē malī dicit. Nam & supra dilectū huic arbori Christū compauruit, dicens: Sicut malum inter ligna syluar̄, sic dilectus meus inter filios. ¶ Ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua] Matrem & genitricē synagogæ, maiorem & principaliorē ludi & plebis partem dicit: quales erant scribæ & pharisæi, qui Christum Pilato tradiderunt, qui reliquam plebem tanq; mater & genitrix regere debebant & erudire: & quales erant illi, q suadētibus illis principibus, improbe acclamabant, Crucifige crucifige eum. Hæc ergo mater synagogæ sub arbore malo corrupta est & uiolata, quādo se suoscip̄ posteros crudeli maledictione cōstrinxit, dicens: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Nā & ipsi sub cruce Christi erant, licet non fide & deuotione, tamen crudelis uindictæ sibi & suis posteris imprecatiōe. ¶ Pone me ut signaculum sup cor tuū, ut signaculum sup brachium tuum] Quia (inquit) sub arbore malo suscitauit te, hoc est, quia passione mea in cruce te redemi, pone me ut signaculum sup cor tuum, hoc est, habeto me semp in memoria, & ne obliuiscaris mei, quāta pro tua salute ptulerim. Pone me (inquit) ut signaculum sup cor tuum per fidem, pone me ut signaculum super brachium tuum per dignam operationem. Nam & nos quando alii quid in memoria habere uolumus, signaculum dīgito uel brachio imponere solemus, ut illo admoniti, illius rei cuius curā habemus, recordemur. Et nos ut signaculum sup cor & brachium Christum ponere debemus, ut eius memorā semp habeamus, & ut recte in illum credentes, fidem ipsam bonis opibus exornemus. Quod si fecerimus, ipse quoq; nos uelut signaculum assumet, & nostri recordabitur, iuxta quod Zorobabel duci Iudeæ repromittit, In die illa suscipiā te Zorobabel serue meus, & ponam te sicut signaculum in cōspectu meo. Nam si nos beneficiorum eius obliti fuerimus, nec ei dignas gratiar̄ actiones retulerimus, ipse quoq; nostri obliuiscetur, sicut de impio rege Iechonia dicitur, Si fuerit Ie-

chonias filius Joachim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellā eū. ¶ Quia fortis est ut mors dilectio, dura ut inferus emulatio] Dilectio Christi fortis est ut mors. Sicut enim mors animam a corpore separat, & iam nihil concupiscere, nihil in præsenti uita homini licet ambire, ita dilectio Christi quem uere peruerterit, totum huic seculo mortificat, & quasi insensibilem reddit, solumq; pro Christo uiuens, mundo mortuus est. Idem sensus est cum dicit, Duravit inferus æmulatio. Nam sicut infernus eos quos semel recipit, nūquam restituit, sed semper retinet, ita uerus Christi amor quem semel acceperit, nunquam dimittit.

Vnde Apostolus dicit, Quis nos separabit a charitate Christi: tribulatio: an angustia: an persecutio: an famæ: an nuditas: an periculum: an gladius: Sed et dilectio Christi hoc loco potest accipi, cuius dilectio fortis fuit ut mors: qd intantū dilexit nos

xit nos, ut pro nobis immortalis mortem suscipieret. Dura fuit æmulatio eius ut inferus, quia inferus nescit misereri, aut a poenis miserorum mitigari, sic et Christi dilectio non potuit a misericordia cessare, aut ullis improbitatibus persecutorum remouerias ab amore humani generis. Quidam hoc quod dicitur, Dura est ut inferus æmulatio, ad synagogam proprie referunt, quæ gentes æmulabatur, & inuidiebat saluti eorum. Monet ergo Christus hoc dicens, ut ab inuidia cefset, & saluti ecclesiae congaudeat. [Lampades eius, lampades ignis atque flamarum.] Id est, dilectionis lampades, sunt lampades ignis atque flamarum. Lampades dilectionis pectorum sunt sanctorum, in quibus uelut in uasis dilectio habitat. Haec ergo lampades, sunt ignis & flamarum; lampades quidem sunt ignis, quæ in corde ardent per amorem: lampades uero flamarum, quæ exterius lucet per operationem. [Aquæ multe non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.] Aquæ & flumina sunt uiolente persecutorum minæ, uel etiam blandimenta, quibus sanctos a charitate dei separare nituntur. De quibus dominus in euangelio dicit, de uiro qui ædificauit domum suam supra petram, Venerunt flumina, flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit. Fuit enim ædificata supra petram. Aquæ ergo multæ non poterunt extinguere charitatem, quia nulla tribulatio, nulla angustia sanctos a charitate dei separare ualebit. [Si dederit homo omnem substatiæ domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.] Hic uersiculus non eget expositione. Nam nullius mundi substatiæ, nullæ opes comparatione dilectionis aliquid sunt. Legimus quidem sanctos sua dimisisse pro amore Christi, sed tamen nihil sibi uidebantur dimittere in coparatione charitatis Christi, quem amabant. Vnde apostolus cum non solum terrenam substatiæ, sed & paternas traditiones dimitteret pro Christo, dicebat: Hec omnia contemno et arbitror ut stercore, ut Christum lucrifaciam. Id est, ut amorem illius acquiram. [Soror nostra parua est, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?] Vox dilecti synagogæ alloquentis pro ecclesia gentium, Soror nostra, inquit, id est, gentium ecclesia, parua est, & ubera non habet: & magna dignatione communicato cum synagoga nomine dicit, Soror nostra, quia enim ex Iudeis carnem assumpsit, ideo se quasi synagogæ contemperat & exæquat. Parua est (inquit) soror nostra. Sicut alicuius hominis ètas describitur, sic & ètas describitur ecclesia. Parua enim erat ecclesia adhuc de gentibus congregata, sub ipsis domini & apostolorum temporibus, quia & paruitate credentium parua existebat, & ubera necedum habebat, id est, nequaquam prædicando spirituales deo filios generare ualebat. dicit ergo quasi consilium synagogæ requiriens, Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Allocutio ecclesiæ est, uel cum intrinsecus occulta inspiratione, uel exterius aperta prædicatione admonet deus animam cuiuscum fidelis. Et est sensus, Quando per Apostolos meos alloquar ecclesiæ de gentibus congregatam, quid faciemus? quomodo illi præcepta celestia committemus? Vtrum uidelicet minimæ quæcum præcepta illi committemus, an quo maior efficiatur, perfectiora illi secretorum celestium mysteria trademus? Nā deus omnipotens, pro mensura & capacitate metris humana temperat uerbū prædicationis, considerans uires & capacitatem auditoris. Sed Synagoga tacete, ipse sponsus pro ea respondit. [Si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cœrinis] Si (inquit) soror nostra est murus, edificemus super eum propugnacula argentea. Ac si dicat, Cum cœperint apostoli mei prædicare ecclesiæ de gentibus congregatae, si tales fuerint auditores, qui merito perfectionis murus appellari possint, dum uidelicet uel naturali ingenio prædicti, uel philosophica eruditione

COMMENTARIA CASSIODORI IN

præstantes, quæstalius defendere & munire possint uice muri, ædificemus super
 hunc talem murum propugnacula argentea, id est, addamus illis eloqua diuinis
Psal. 11. scripturarum. Nam ut Psalmista dicit, Eloquia domini eloquia castra,
 •argentum igne examinatum. Si uero tales fuerint auditores, qui nequaquam
 hostibus resistere possint, nec tela contra uenientia repellere, sed fuerint uelut
 ostium, ut simplicia annuntiantes possint aliquos in ecclesiam & ad fidem adducere,
 quales sunt sacerdotes minoris gradus, qui baptizando in ecclesia, & diuinis
 mysterijs initiando homines in ecclesiam introducunt, compingamus illud ostium
 tabulis cedrinis, id est, proponamus eis exempla præcedentium patrum, qui ue-
 lut cedri, imputribilia uidelicet ligna, id est, immarcescibilia opera habent, & ue-
 lut tabulae scientiae & charitatis latitudine diffusi sunt. Latitudo enim tabularum,
 latitudinem cordis (in quo debet esse latitudo charitatis uel scientiae) significat, di-
 cente Psalmista, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum.
 His ergo cedrinis tabulis (id est, sanctorum exemplis) compingamus illud ostium,
 ut uidelicet illorum imitando exempla, alijs ecclesiam introeundi ueluti ostium
 ianuam aperiant. [Ego murus, & ubera mea sicut turris] Vox ecclesiae. Quæ
 cum audisset pro sua salute consulentem dilectum suum, ipsa leta respondit, Ego
Math. 16.c sum murus, & ubera mea sicut turris. Ego (inquit) murus, quia ego supra firmam
 petram fundata sum, & glutine diuinæ charitatis solidata. Siue murus sum, quia
 de uiuis & electis lapidibus (hoc est, sanctis) ædificata sum, & ubera mea sicut tur-
 ris: quia tales intra me contineo, qui uice uberum alios nutrire possunt spirituali
 doctrina, & uice turris possunt alios defendere & munire, quicq; sicut turrem in
 muro eminent, sic ipsi merito doctrinæ & conuersationis inter reliquos, mem-
 bra mea precellunt. Hoc autem non meis meritis, neque libertate mei arbitrij ha-
 beo, sed dono & gratia sponsi mei. [Ex quo facta sum coram eo quasi pacem re-
 periens] Id est, ex quo ille sanguinem suum pro me fudit, & repropiciando mihi
Ephe. 2.d deum patrem, dissoluere inimicitias quæ erant inter deum & hominem, mihi que
 coelestia pacificauit. Ex quo ergo hanc pacem reperi, murus esse & ubera habere
 re uice turrium merui. [Vinea fuit pacifico] id est, dilecto meo, qui est uerus pa-
 cificus, quia per eum pacificata sunt omnia quæ sunt in cœlis & in terra. Vnde &
 a propheta pater futuri seculi, princeps pacis appellatur: in cuius ueri pacificity-
 po, Salomon, id est, pacificus, author huius carminis præcessit. Huic ergo fuit
 uinea, id est, sancta ecclesia. [In ea quæ habet populos] Hoc dicit, ut se de ecclie
 gentium, non de synagoga, ostenderet canere. Nam synagoga unius gentis
 fuit tantum. Ecclesia uero habet populos, quæ omnes gentes intra capacissimum suum
 gremium capit & recipit. [Tradidit eam custodibus] Custodes huius uineæ (id est,
 sanctæ ecclesiæ) sunt prophetæ, apostoli, apostolorumque successores. Siue etiā cus-
 todes huius seculi sunt angelicæ uirtutes, q; ab incursiis tentationum & demonum
 ecclesiæ custodiunt. [Vir adfert pro fructu eius mille argenteos] Viros, fortes di-
 cit et pfectos, nā uir a uirtute dicit. Fructus ecclesiæ est celestis uite remuneratio,
 pro qua sancta ecclesia in presenti uita laborare non cessat. Mille aut argentei, quos
 pro fructu uir affert, significant omnia que in hoc mundo possideri possunt. Mil-
 lenarius enim numerus pro summa perfectione & plenitudine ponitur. Vir ergo
Math. 13.f pro fructu huius uineæ mille argenteos affert, quia sancti omnia sua relin-
 quunt, & pauperibus erogant, ut fructum huius uineæ (hoc est, supernam mer-
 cedem) consequantur. Tale est & illud quod dominus in euangelij parola di-
 cit, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo,
 abscondit, & præ gaudio illius uadit, & uendit omnia quæ habet, &
 emic

mitagrum illum. ¶ Vinea mea coram me est.] Vox sponsi. Tu (inquit) dicas, quod uineam meam tradidi custodibus, tamē uinea semper coram me est, quia licet eam custodibus meis commiserim, ego tamen semper euram illius habeo, nec pro illa semper sollicitus esse desisto, sed sum cum illa usque ad consummationem seculi. ¶ Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius] Mille tui, subauditur argentei, quos pro uineæ dedisti fructu, pacifici tui sunt, quasi dicerer; O anima fidelis, noli dubia esse pro æternam ercede, pro qua omnia tua dedisti, quia mille argentei pacifici tui sunt, id est, manet te certa illa remuneratio, & uerum inde fructum consecutura es. Et ducenti, subauditis argentei pacifici, sunt his qui custodiunt fructus eius. Sicut per millenarium plenitudo perfectionis, sic & per centenarium summa perfectio designat, quia centenarius de læua in dexteram transfertur. Ducenti ergo argentei, qui est duplatus centenarius, significant eos, qui doctrina & sancta operatione perfecti sunt, qui iuste & pie uiuendo semetiplos custodiunt, & etiam prædicando alios conuertunt. His ergo talibus ducenti argentei sunt pacifici, quia duplicita in coelis eos manet remuneratio. De qualibus per Danielem dicitur, Et qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Hos enim Apostolus dupliceiter iubet honorari, dicens: Presbyteri qui in uobis sunt, duplici honore digni habeantur, maxime qui præsunt uobis, & laborant in uerbo. ¶ Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire uocem tuam.] Vox dilecti, sponsam, id est, Ecclesiam alloquentis: O ecclesia, quæ habitas in hortis, id est, quæ excolendis uirtutum germinibus insistis. Hortus enim sponsi ipsa ecclesia est, quam (ut superius dictum est) crebro se promittit inuisere. Ecclesia ergo in hortis habitat, q[uod] plantarsa uirtutum assidue nutrit, nec tristiorie quasi post modicū recessura, ibi rigoriū ponit, sed fixa statione ibi habitat: Fac me, inquit, audire uocem tuam, id est, prædicta quibus uales euangelium, præcepta meæ legis, simul & promissum cœlestium præmiorum annuntia. Hoc enim mihi iucundum & delectabile est, ut audiam uocem tuam, hoc est, ut audiam te uerba salutis æternæ annuntiantem. Sed amici auscultant te, id est, angelici spiritus uocem tuam audire delectant, quos tibi amicos feci effusione sanguinis mei, quosque adiutores & protectores contra malignos spiritus institui. Siue amici, id est, iustorum spiritus auscultant, quos de tuo cœtu ad me in cœlestia assumpsi. Ipsi enim de tua prædicatione & fratrum salute congaudent. Respondet confestim ipsa sponsa dilecto suo. ¶ Fuge dilecte mi, & assimilare capre hinnuloque ceruorum super montes aromatum.] Mira responsio. Inuitatur ad prædicandum, & ut sponsus audiat uocem eius, illa uero hortatur sponsum suum ut fugiat. Sed magna est mysterij consequentia. Nam quia superius prædicta fuerat Christi natiuitas, cum dixit, Quis det te fratrem melius suggestum ubera! prædicta enim fuerat eius passio, ubi dictum est, Sub arbore malo suscitauit te, nunc consequetur hortatur sponsum ut fugiat, hoc est, uelocissime per ascensionem ad patrem redeat. Et est sensus, Iubes me prædicare uis uocem meam audire: fuge dilecte mi, id est, impleto incarnationis tuæ & passionis mysterio, reuertere ad cœlum, ut non iam te sicut hominem, sed sicut deum super omnia cogitare incipiā. Tunc enim audies uocem meam, quia tunc liberius omni mundo prædicabo. Et hoc est quod dominus in euangelio dicit, Ego ueritatem dico uobis, expedīt uobis ut ego uadā. Expediebat enim apostolus, & omni ecclesiæ ut Christus rediret, & præsentiam corporalem absentaret: quia dum in corpore præsens erat, non poterant eum spiritualiter amare, nec

Daniel 12. b

Ioan. 16. b

COMMENTARIA CASSIODORI IN

poterant eum quem hominem cernebant, ut deum inuisibilem & ubique praeſen
tem cogitare. At postquam ipse coelos ascendit, cœpit eum ecclesia spiritualiter
diligere, & sic iam deum cogitare & predicare. Et hoc est quod Apostolus dicit,


.2.Cor.5.4 Et si noueramus Christū secundum carnem, sed nunc iam eū non nouimus. Er
go dilecte mi, si uis ita me te prædicare, fuge (id est, recede) ad cœlestia, & qui fu
isti comprehensibilis per humanitatem, efficere incomprehensibilis per diuinis
tatem, ueruntamē, ne me in præsentis sine tua uisitatione deseras, sed dignare me
crebra tua uisitatione regrere, mihique te sapieius uidendū præbere. Et hoc est qd
dicit, Similis esto capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum. Sicut
(inqt) caprea, & hinnuli ceruorum indomita animalia humanum consortiū refu
giunt, & tamen crebrus in montibus uidentur, sic & tu post tuam ascensionem,
licet inuisibilis sis, dignare mihi tamen sapieius dono tuæ gratiæ apparere;

& hoc super montes aromatū. Montes aromatum sancti dei sunt,
excellentia sanctæ conuersationis cœlo proximi, & odore
ac fama uirtutū longe lateque fragrātes. Hinc Aposto
lus de se suique similibus dicit, Nostra conuersa
tio in cœlis est. Et alibi: Christi bonus odor
sumus deo in omni loco.


F I N I S.


F R I B U R G I B R I S G O I A E.


EXCVDEBAT IOANNES FABER EMMEVIS
IVLIACENSIS ANNO. M. D. XXXVIII.




1381009156









Fermo: 112 legatura 24 ott

Ossis

A pli vnde foderunt man' meas & pedes meos. dimicauerunt omnia ossa mea.
R atio. quia sicut os ē duci carne. ita ratio sensualitate. Iux^ta q̄ signationē p̄ illud exponi. Conurbata s̄t oīa ossā
X p̄c. sicut p̄ iob exp̄lora dñi dī. Pelli mee q̄ sap̄tis carnib⁹ adhesit os meū. In osse quippe fortitudo. in carne ū
in firmitas carnis designatur. Quia ḡ xpo & ecclia sunt una p̄sona. quid p̄ os n̄ ipse dñs figuratur. Quid
p̄ carnem? nisi disciph⁹ qui in passionis tempe infirma ei⁹ sapuerūt. Per pelle ū q̄ exco^rc carni manet in
corpo. qd̄ nisi ille sc̄e femme signant̄ q̄ ad p̄paranda corporis subsidia potiorib⁹ dño ministeriū serueban
I equor in corpore antixp̄i. & callidior vnde. Ossa ei⁹ uehū fistule eris. Habet antixpc carnes. habet & ossa.
Carnes sunt qui ab alijs in errore detinent̄ ossa. qui in errore alios retinent. Si uite necatur:
F ortitudo carnis vnde. Elegit suspendū anima mea. & morte ossa mea. Qd̄ per animā. nisi mentis intentio
quid p̄ ossa nisi carnis fortitudo signat̄? Omne autē qd̄ suspendit̄ p̄culubio ab umis elevat̄ anima ḡ si
pendit̄ elegit ossa moriant̄? quia dum mentis intentio ad alta subleuat̄ omnis in se fortitudo exco^rc
F ortitudo sc̄laris dignitatis vnde. iob de sup̄bo art. Ossa ei⁹ plena s̄t adipe q̄a exdignitate sc̄lari nascit̄ superbi
M ulier etiam sumpta ex latere uiri dī os. vñ. Hoc nū ex ossib⁹ meis. & caro de carne mea.
I llud qd̄ remanet ḡ oīus eliquato oleo. sc̄dm qd̄ uocam̄ reliquias oīuarū ossa.

Oule.

P rope ecclia vnde. Qui non intrat p̄ ostū in ouile onium. &c.
V ita cōna vñ. Alias oves habeo q̄ n̄ sunt ex hoc ouili. & illas oportet me adducē. tuo. m̄. aud. & fieri. ouile. vñ
S t congruitas. n̄ facilitas. ad aliquid faciendū vnde derida legit̄ qd̄ querebat oportunitatē qm̄ trahet h̄m si
O portunitas. T ribulatio que p̄pt̄ t̄ dī oportunitas. p̄pt̄ grauitatē. quia congrui est qd̄ sc̄i tribulatiōnē patiā ad sui p̄
tionem. Juxta illud qd̄ dī de sc̄is. Digni inueniunt̄ p̄ nomine xpi conuincias pati. & p̄pt̄ utilitatē
quia uile est sc̄is tribulatiōnib⁹ pulsari. & p̄pt̄ necessitatē. quia oportet sc̄os pati sc̄dm eternam p̄destin
onem. vnde legit̄ despicias in oportunitatib⁹ in tribulatione.

P rope nouū testamentū vnde. Jugum meū suave. & onus māi leue.
V etus testamentū vnde petrus. Hoc ē onū qd̄ neq̄ nos neq̄ patres nū portare posuerunt.
A duersitas ul̄ tribulatio. vnde. Divertit ab onerib⁹ dorsum eius.
A liqd̄ ad portandū difficile. vnde. Alter altius onera p̄petat.
P eccanum. vnde. venit ad me om̄s qui onerari estis &c.
P rope ecclia. Quia sicut in orto sunt varie species flor̄. & herbar. sic i ecclia dī ē diuersitas sc̄oz. ua
tas uirilis vñ. Surge aquilo. & uenit austus p̄ fla ortum meū. Et. ali. Or̄. colus. fons signatus.
G arcia scriptā. quia sicut in orto diversi sunt flores. ita in sacra scriptā sententiarū diuisitatis. vnde
cendi in ortum meū ut uidarem si floruerint uipae.
V ita cōna vnde. Veni in orū meū soror mea sponsa. Messuj mira meā dī aromatib⁹ meis. Inuitat
eccliam ad eternam beatitudinem. dicens se mellississe nrum suam. i. omnē amaritudinē passibilitatē
& mortalitatis a se p̄adisse p̄ resurrectionē & immortalitatē.

Oleaster

P roprie dicitur. silvestris olua.
B entilis p̄p̄ls cum esset adeo alienus vnde. Tu autē cū oleaster sis. &c.
P roprie fama ul̄ gla vnde. Oleum effusum nomen tuum.
G puālis grā. vnde. Prop̄tē uixit te dīs dī tuus oleo leticie p̄e consoribus tuis.
C aritas vnde. Impinguasti in oleo caput meū. i. mentē caritate impinguasti.
M isericordia. vnde legit̄ de samaritano qd̄ infudit uim & oleū uulnib⁹ uulnerati. quia xp̄e peccata
sanat per austerioram penitentie & molliciem misericordie.

Adulatio. unde. Ola. p. peccatis : impinguit caput meum.
Emportium habundantia. vnde. a fructu frumenta. ipm. & olei sui multiplicata sunt
ripe. diuina sapientia vñ. Quid ola spesiosa in campis. **S**oritis. & p. quendam ola.
Celha. vnde apł loqñs ad genitale pp̄lm att. Tu an cu oleaster sis in sc̄t̄ es in bona olua. & sc̄t̄ es loci ta
ust. vnde. Quasi ola a fructifera in domo domum.
Prope. p. qd pueint ex opate vnde. Operi manuū tuarū porriges de cōtrā. sc̄dm qd solet distinguere opus
opans. & op̄ opatū. op̄ opans vnde. qd crucifixum xpm fuit malū. op̄ opatū. i. passio xpi fuit bñm.
He cōstatum. vnde. Dominus his opus habet. **T**resum n. fecit.
En opis. vnde. Et rāquēnt dñs ab omni ope qd patiarat. i. ab omni genē opū. qd p. sextū diem nōlū qd
Prope temp̄ gr̄e vnde. Sc̄entes qua hora est iam nos de sompno surgere. **H**ora est.
Con p. sensis uite. qd compatū cōntinuū qd un. hora parvissimū est momentū. vñ iohes. filii nouissima
Fmales uita. sc̄dm qd h̄ opom qd dī. Quia in quiete. &c. qd descendit in horam uestimentū eius.
Dictum noſe deputatū. sc̄dm qd soler. dīcē. Ille cantat horas suas.
All. vnde. Hūqđ. xii. sūt hore diei. Ibi dies dī xpc̄. duodecim hore. xii. apli. qd sicut hore sunt de die. &
utrius el. ita apli de xpo. & membra xpi. & sicut hore ad dīcē sunt diei. non dies horis. sic apli addic̄tū
xpc̄. n. xp̄cēs. Est ḡ sensus. Hūqđ. xii. sunt hore diei. i. nos debetis sequi me. n. agd nos.
Gothenitas rei. vnde legit. Sicut unguentū in capite rc̄. qd descendit in horam uestimentū eius.
Prope. al. indifferens. vnde. Qui infirmus. est ola manducat.
Carnis & arid̄ cib. vnde pdicta autoritas sic p. exponi. Qui infirmus est ola manducet. i. qui p̄m est ad
lubricū carnis. & tenacit. & acido utat cibo ad carnis cōstigandū in tantum.
En humanū. vnde. Quoadmodū olera herbae eto decadent.
Potest dī comugalis status. qd est cōmunicis & lenis cib. ut dicat ei qui continere n. potest. Qui infirmus
est ola manducet. i. uxorem ducat. **S**ad idem queruntur
Prope. refectio. vnde. Moab olla spes mea. Cella em spes mea refectio reficiat. qd p. moab signat.
Qlibet carnalē cor. vnde. Olla succensam ab aquilone ego vnde. Olla succensā ex humanū selaria
cum ardorib. desideriis. p. appetit. b. terris. Ab aquilonis u. face cordis humanū olla succensā
cum p. inflagationē & uersari spē illius desideriis inflammatur.
Similido olle. sc̄dm qd illud exponi. Qd tu uides ieremia? Olla succensā. &c. i. similiū in olle.
Hegredo ul. osus. qd in olla diuersorū sit om̄yto. vnde. facies eoz conuerteret in ollam.
Prop̄. vnde. Multū uenient ab oriente. & occidente &c.
Xp̄. vnde. His uenient nos om̄es ex alto.
Prop̄. mors. vnde. Qui ascendit sup occasum dñs nōm illi. i. qui deuenit morte.
Dubius. de qd potest exponi qd dī. Qd ascendit sup occasū dñs nōmen illi. **S**ic bonorum operum.
Prope. fama vñ. Curram in odore uincitorum tuorum. i. bene opabim ad exemplū ul. famā tuā. utā. ut
occaſio vñ. Quibā sum̄ odor uite mīta. quib; da odor mortis immortem.
Oratio de legi. qd sc̄t̄ habebunt fratres plenas odoramenta. que sunt cratones sc̄t̄.
nēndum. vñ. Sō teat̄. i. os ad e ignis. salua. tres pueros n̄ teat̄. incendium ignis.
enoto mentis. vnde legitur. quod noe obuiuit holocaustum domino
in odorem suauitatis.

Oratio - Odor

quod coram mea nescirem auctoritate auf in genio
approprio gemitus putemur: Sed immis sententia
videtur esse ostendit. In etiā gelo iobannis
dīce ad discipulos eis. **N**ostri aut īā fūndi eis:
Ones quidē lotos fæbat eis: h̄ic dīm īte-
rīca munda esse p̄bāti: q̄ in dīcēt eis eis
iudas q̄ p̄t aq̄ue p̄ḡrātōrē cū anālīa sō:
fēbat: p̄p̄z̄ q̄ p̄ns cū alīis locū: cū fūndi.

se facēt vīla cōcedit: ut līpe fēntēta mentis
sōli corpus pēcula cēm intēlūgētām hābēt
ūdīcēt. **V**nde fōtētē dēp̄rēntiātā cōtē
p̄bēnḡmītate libānītām p̄fōlātū fētētē alī
tōm patrēt̄: nō gō ut s̄t̄nīcēt̄ p̄fētēdīnē
vītōt̄ dīm̄ lōc̄ eīt̄ dīgēlīt̄ dīfēt̄lēt̄ leḡ.
vītōt̄ dīm̄ lōc̄ eīt̄ dīgēlīt̄ dīfēt̄lēt̄ leḡ.

C. 16

EXCELSIOR

EXCELSIOR

EXCELSIOR